



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

Liber V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

LIBER V.
DECRETALIAM
GREGORII IX.


DE
DELICTIS
ET
POENIS

PER
QUÆSTIONES AC RESPONSA
IN METHODUM BREVEM
ET CLARAM REDACTUS
AUTHORE
R.P. ADAMO HUTH

è Societate JESU SS. Canonum Doctore,
eorumque in Alma Electorali Universitate
Heidelbergensi Professore Publico
& Ordinario.

Editio secunda Emendatior.
*Cum Privilegio Sac. Cæs. Majestatis,
& Facultate Superiorum.*

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
Sumptibus MATHIÆ WOLFF, Bibliopolæ;
M. DCC. XXXII.



in
fo
ta
ri
fla
di
inc
tu
ad
xi
na
ca

Li



Liber V. Decretalium
GREGORII IX.

Quoniam de quibus in Libro Vto. Decretalium tractetur? Resp. Adornatur in præfenti Libro Processus Criminalis, ut ne, dum in prioribus Libris de causis Ecclesiasticis & ad forum Ecclesiasticum spectantibus civiliter intentandis actum est, crimina, si quæ in foro Canonico occurrerent, forent impunita. Hinc in primo statim Titulo traditur modus, quo crimina in iudicem deducenda, scil. per accusationem, vel per inquisitionem, vel per denuntiationem: dein agitur de criminibus, quæ cultui divino & Religioni adversantur: ab his descenditur ad illa, quæ proximi vitam, famam, fortunas lædunt: tum examinantur delicta reliqua: demum pœnæ tam vindictivæ, quàm medicinales in delicta statuuntur.

Liber V.

TL.

TITULUS I.

De Accusationibus, Inquisitionibus,
Denuntiationibus.

Q. I. general. *Quid sit & quotuplex delictum*
libera & exterius sensibilis transgressio legis divinae
vel humanae. 2. Est vel verum, dolo nimirum
 culpâ verâ perpetratum, vel quasi tale, ortum ex
 culpâ præsumptâ. It. *Publicum*, quod tendit
 rectè contra Dei cultum, res Sacras, Principis
 Majestatem, adeoque ad certos effectus juridicos
 ordinatum & publicè vindicandum est. Delictum
 publicum aliâs in specie *Criminis* nomine vocatur.
 Vel *privatum*, quod directè tendit ad læsionem
 privatâ tantum personæ. Hodie omnia delicta
 reputantur pro publicis, saltem vi consuetudinis.
 Item delictum aliud est *ordinarium*, quod certam
 nomen, formam, & pœnam à Lege taxatam habet,
 aliud *extraordinarium*, quod talia non habet, sed
 arbitrariè tantum à iudice punitur. Aliud *exceptum*,
 aliud *Non-exceptionum Ecclesiasticum, factum*
laicis, aut mixtum: notorium, vel occultum.
 Qui usum rationis & libertatem habent, in foro
 tantum capaces delicti committendi. Ratio clara
 est. Perinde autem est, quoad delictum & pœnam
 delicti incurrendam, sive quis physicè & moralitè
 ter simul, sive tantum moralitè, mandando, con-
 sulendo, vel antecederet rati habendo delictum
 patre

patraverit. *L. 1. §. 12. ff. de vi & vi arm. L. 52. §. 21. ff. de furt. c. pen. de sent. excomm. in 6.*

Q. 2. Quid sit accusatio? Resp. 1. Ut hic accipitur pro actione criminali, est *delatio Rei criminis alicujus apud judicem competentem legitime facta vindictæ publicæ causâ.* 2. Differt accusatio ab actione civili, quia accusatio tendit ad vindictam publicam, non actio civilis; potest tamen de omni delicto vel civiliter vel criminaliter agi: deinde, quia in accusatione non fit conclusio in causâ, cum Lex ipsa concludat; si tamen & in libello criminali concluderetur in causâ, ille propterea non vitatur: econtra in actione civili debet necessariò in causâ concludi. 3. Differt accusatio ab *inquisitione*, cum inquisitio delationem ex instituto factam non requirat; à *Denuntiatione*, quòd Denuntiatio non semper fiat publicæ vindictæ, sed vel privatæ correctionis causâ, si sit Evangelicâ; vel sine intentione pœnæ, si sit Canonica, sicque publicam utilitatem respiciat. Ab *utraque*, quia Accusatio modum & formam diversam habet, & fit solenniter.

Q. 3. Quæ sit forma accusationis criminalis instituendæ? Resp. 1. Debet fieri apud judicem competentem, qui non est Magistratus municipalis in causis criminalibus, sed qui jurisdictionem criminalem, sive merum imperium habet. 2. Debet fieri in scriptis (saltem in delictis gravioribus) *Auth. offeratur C. ut lit. cont.* per libellum ritè formatum, exprimendo tam suum, quàm delatî nomen; indicando ipsum crimen, locum, tempus,

ubi tamen probant *ex L. 3. ff. h. t. horam* un-
diem addere necessum non esse. 3. Olim repro-
batur inscriptio seu subscriptio Accusatoris, qui
is tenebatur ad pœnam talionis se subscribere,
obligando se ad crimen objectum probandum,
vel si deficeret, ad eandem pœnam subeundam
quam subiturus fuisset reus, probato delicto.
Hodie & pœna talionis & subscriptionis neces-
tas, imo ipsa Accusatio ex usu recessit: sic in
tamen etiamnum servatur jus commune.

Q. 4. *Quinam possint accusare?* Resp. Omnes
exceptis iis, qui specialiter sunt prohibiti, & re-
censentur fuscè *L. 8. ff. de accusat. can. 13. cap.*
11. q. 1. & pluribus can. caus. 11. q. 7. Quis
in *c. 1. de accusat. seqq. versic.* complectitur eos
qui prohibentur alios accusare: *Femina, pœna
delatus, crimine tentus, suspectus, quaestu corruptus,
sortilegusque, infamis, servus, pauper, cum vi-
Princeps, libertus, socius socium, nec non sacerdos.*
Clericus Ecclesiam nullus deferre valebit. Engel *h. n. 11.* ubi præterea ait fratrem à fratre
n. 13. liberos à parentibus & contra accusari non
posse. Hæc dicta procedunt maximiè quoad
accusationem ad vindictam publicam; plerumque
enim, si in delictis etiam capitalibus accusatio
instituitur ad suum tantum interesse privatum,
sua forùmque injuriam persequendam, admittuntur
etiam in delictis valde atrocibus: deinde
verò quis alterum vult deferre, necesse non est
laborasse reum infamiâ, modò delictum probatum
possit: quia nulla Lex prærequirit infamiam, &
bèque

bétque potius utilitas publica, quàm privati cujusdam fama spectari. Ubi tamen delictum adhuc occultum foret, neque ex omissione Accusationis Reip. vel alteri privato damnum aliâ viâ irreparabile immineret, nemo in conscientia tenetur Reum delicti accusare.

Q. 5. *Quinam accusari possint?* Resp. Regulariter omnes delinquentes absque ullâ sexûs & statûs differentiâ, etiam impuberes pubertati proximi, qui præsumuntur esse doli capaces. *L. III. ff. de reg. Jur.* Respectu quorum tamen judex poterit ex commiseratione ætatis pœnam mitigare. *L. 37. §. in delictis. ff. de minorib.* Excipiuntur à communi regula 1. supremi Principes superiorum non agnoscentes. *can. 13. caus. 9. q. 3. Bull. Aur. c. 5. §. 3.* 2. Jam semel accusatus criminaliter, & legitimè absolutus per sententiam *c. 4. de Accusat.* 3. Qui accusationi jam præscripsit. *L. 3. ff. de requir. vel absent. condemn.* quod fit ferè per 20. annos in delictis non habentibus tractum successivum & in delictis carnis per 5. *L. 29. §. 5. & 6. ff. ad L. Jul. de adult.* excepto stupro cum vi publica, & adulterio cum incestu. *L. 39. §. 5. ff. ad L. Jul. de Adult.* 4. Illi, de quibus in *L. fin. ff. ad L. Jul. Maj. L. 38. §. ult. ff. ad L. Jul. de adult. L. 6. C. de Accus.* quæ ultima lex potissimùm dicit, non posse reum absentem accusari, scil. ad deducendam in judicio & finiendam accusationem. Porro quomodo contra contumacem & nolentem comparere procedendum sit, vide aq. Engel. *h. t. n. 18.*

Q. 6. Quid & quoruplex sit Denuntiatio, de qua tertia pars rubrica agit? Resp. 1. Denuntiatio est delatio sive manifestatio criminis superiori legitime quidem facta, sed absque solemnitate. Dicitur communiter à Canonistis in Evangelicam, Canonicam, Civilem; à TT. verò primo in Evangelicam, & judicialem ita dictam, quia non fit superiori ut patri, sed ut judici, sive ut habens potestatem & curam publicam; judicialis in Canonicam & Civilem.

Q. 7. Quid sit Denuntiatio Evangelica, & quid circa illam tenendum? Resp. 1. Denuntiatio Evangelica, vel alio nomine fraterna, pœnitentia, vel charitativa, est rei alicujus criminis monitio non emendati ad superiorem tanquam patrem sicut delatio, ad hoc, ut reus paternè corrigatur, & pœnam vel vindictam publicam. 2. Modus in hoc de præcepto reg. adhibendus præscribitur Matth. 18. v. 15. & seq. Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. ... si te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, & si in ore duorum vel trium testium stet omne verbum, quod si non audierit, dic Ecclesie, id est, denuntiare superiori vel Judici Ecclesiastico tanquam patrem. Renuntiari tamen potest huic Denuntiationis officio. Ratio, quia quilibet est dominus fame & honoris sui. 3. Non tantum quilibet potest, quia cuilibet charitatis permittit emendationem proximi; sed etiam regulariter teneur, proximum charitativè denuntiare. Ratio, quia tum lex divina ex hoc textu Matth. 18. tum lex naturalis, non modo per-

permittit, sed etiam præcipit, ut proximus peccans in salutis viam reducatur. 4. Si reus aliàs denuntiandus, etiamsi Religiosus foret? jam sit certò emendatus, locus non est huic denuntiationi. *cit. cap. ejusque vers. 15. si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* Ratio, quia hoc casu deficit finis denuntiationis Evangelicæ, qui est correctio delinquentis.

*Q. 8. Quid sit Denuntiatio Canonica, & quid circa eam observandum? Resp. 1. Est delatio criminis ad superiorem Ecclesiasticum absque solennitate Accusationis. 2. Est vel Generalis, dum agitur ad delictum aliquod, damnum, vel aliud incommodum impediendum, uti habetur in c. 12. de sponsal. c. 13. de despons. impub. c. fin. de cland. despons. Ad hanc, cujus effectus est, impedire delictum, regulariter tenentur omnes, si eam possint absque gravi incommodo suo facere c. 13. de jud. Nec opus est, ut præcedat monitio. Gloss. in c. 13. de despons. impub. Vel est specialis, quæ fit pariter superiori, ut qui malè præest, vel administrat, corrigatur, vel etiam à Prælatu removeatur. *can. 45. & 46. caus. 2. q. 7. can. 31. caus. 16. q. 7. c. 31. de Simon.* Hæc tantùm permessa est iis, quorum interest, adeoque soli Religiosi Prælatum, Parochiani Parochum eo fine denuntiare possunt, ut removeatur. Requiritur præterea, ut licitè fiat hæc denuntiatio, bina aut trina monitio. *c. cit.**

Q. 9. Quid sit Denuntiatio Civilis, & quid juris circa illam? Resp. 1. Civilis, sic dicta, quia

LL. ortum debet, & quam Canonistæ solent con-
 fundere cum *judiciali*, est delatio Criminis ad
 superiorem tanquam judicem, vel ad interese
 proprium, & dum dicitur *privata*, vel ad vindic-
 tam publicam, & nominatur *publica*. 2. Dif-
 fert à Denuntiatione *Canonica* non tantum ratio-
 ne *originis*, sed etiam ratione *judicis*, cum *Canoni-*
ca coram solo iudice Ecclesiastico, *Civilis* coram
 iudice seculari aut Ecclesiastico proponi possit.
 item etiam ratione *finis*, cum *Canonica* spectet
 ad damnum aut peccatum removendum, *Civilis* sine
 respectu ad rem publicam, sed ad satisfactionem pro
 damno vel læsione facta private personæ
 aut Reip. Differt insuper ab *Accusatione*, quod
 ad denuntiationem non requiratur inscriptio. *h. t.*
h. t. & denuntians, etiam privatus, non habet
 onus probandi, sed tantum indicia aperientia.
 3. Ejus itaque effectus est, quod aperiat viam
 ad inquisitionem specialem. 4. Privatus non
 obligatur, *arg.* à pari cum *Accusatione*, qua
 ferè coincidit, paucis exceptis. *Officiales* &
custodes ad denuntiandum constituti, tenentur
 eos, qui v. g. vectigalia non solvunt, mercem
 vitæ im-aut exportant, tenentur ad compensationem
 damna Dominis suis vel Reip. illata. *Agunt*
AA. Schmalzgr. à n. 241. Pichl. n. 23. Par. n. 103.
h. t. de criminis delatione per viam inquisitionis,
 quæ valde vicina est denuntiationi speciali,
 qui videantur.

Q. 10. Quid & quotuplex sit inquisitio, &
 qua secunda pars rubrica? Resp. I. Inquisitio

criminis vel criminosi per judicem scil. ex officio procedentem legitime facta investigatio: introducta est justissime, ne, dum rarissimi sunt, qui velint ad judicem via accusationis, vel etiam denuntiationis reos deferre, crimina maneant impunita c. 24. h. t. L. 13. ff. de off. Præsid. Resp. 2, Inquisitio est triplex; *Generalissima*, ab aliis *generalis simpliciter* dicta, est, quando nulla præcedente infamia, nec indicis criminum Judex aut Superior in genere investigat, num in Provincia, Diœcesi, civitate, monasterio perpetrata sint delicta, prout fieri solet in visitationibus. *Generalis*, quam & alii *mixtam* dicunt, est, quando quidem constat de delicto v. g. homicidio perpetrato, author autem ignoratur, nec suspicio cadit in personam certam. *Specialis* est, dum & constat de certo delicto, & suspicio perpetrati criminis, v. g. homicidii habetur de certa persona. *Generalis* tendit eò, ut in notitia delinquentis veniatur, *specialis*, eò, ut condemnetur & puniatur; ad quod devenitur vel per *inquisitionem mansuetam*; per solas scil. interrogationes & articulos ad examinandum reum formatos. vel per *inquisitionem severam*, sive *torturam*.

Q. 11. An, quando, & quomodo ad inquisitionem procedendum? Resp. I. Inquisitio *generalissima* non potest tantum, sed etiam debet certis temporibus fieri. arg. c. 1. de off. Ordin. c. 1. S. Janè de Censib. in 6. junct. Trid. Sess. 25. c. 8. de Regular. non requiritur infamia præcedens, aut denuntiatio. Ita praxis. Inquisitio *generalis*

A §

sive

sive *mixta* etiam debet fieri à iudice, dum delictum commissum constat, author tamen illi nescitur, vel etiam dum tantum suspicio delicti habetur, &c. Nec ad hanc inquisitionem constituendam prærequiritur infamia. *L. 1. §. 2. de Quæst.*

Resp. 2. Inquisitio *specialis* non potest prohiberi à solo iudice inchoari, sed debet præcedere aliquid, quod viam inquisitioni aperiat; hinc debet constare illi de corpore delicti. *L. 1. §. 24. ff. ad S. C. Syllan.* plenè & liquido, si delictum *facti permanentis*; si sit delictum *transientis*; id est, nullum post se reliquens vestigium, saltem per conjecturas. 2. Debet accusatio aut denuntiatio criminis præcedere, si iudex procedat ex officio, *infamia* (qualitas) debeat esse, vide apud Schmalzgr. *h. n. §. 14.* vel alia sufficientia indicia. *L. 7. C. c. 19. §. 24. h. t.* 3. Debet reus præsens esse vel citari. *c. 24. cit.* 4. Debet iudex reo punctis inquisitionis communicare; depositiones & testimonium, saltem regulariter proponere; si habeat exceptiones, audire, admittere, & examinare. *c. 24. cit.* Hæc si observata non fuerint, reusque contra inquisitionem sic protestatus, inquisitio & processus *regulariter* erunt irriti. *c. 21. & 24. h. t.*

Q. 12. Quis sit effectus inquisitionis? *Resp.* Effectus Inquisitionis *generalis* est, quod viam præparat ad *specialem*, si ex illa emergant indicationes sufficientes contra certam personam.

Resp. 2. Effectus inquisitionis *specialis* à iudice legitimo *suscepta* & *inchoata* sunt, I. quod producat obligationem in inquisito ad manifestandam veritatem juxta dicta ad Tit. *de Confess. L. 2. Decret. Q. 5. per totam.* 2. Quòd si reus detrectet fateri, iudex tamen habeat legitima indicia, id est valde urgentia, & tanta, ut sola ferè confessio desit; si insuper delictum sit dolosè commissum, & tale, quod pœnam mereatur corporalem & relegatione majorem, iudex ad torturam procedet, circa quam quid porro sit observandum, consulantur Criminalistæ, & *Ordin. Carol. art. 18. & seqq.*

Resp. 3. Effectus inquisitionis *specialis terminata* sive *absoluta* est, ut si reus quidem erat gravatus, nec tamen crimen confessus, nec legitimè de eo convictus, præstito à se juramento purgationis absolvatur, ut latius ad Tit. 34. condemnatur autem talis inquisitus, etiam pœnâ ordinariâ, si vel crimen confessus, vel legitimè fuerit convictus. *L. 2. C. de abolition. L. 4. C. de sepulchr. viol. c. 2. de conf. c. fin. de celebr. miss.* Quid de Processu in crimine *notorio*, aut dum delinquens deprehenditur in flagranti, sit statuendum, vide Criminalistas, & Reiffenstuel fusè de *super agentem h. t. §. 6. 7. 8.*



TITU-

relegatione in exilium. *c. 1. h. t.* Imò & pœna talionis in calumniatores statuta est *can. 2. & 3. caus. 2. q. 3. l. fin. C. h. t.* in locum tamen hujus pœnæ arbitraria successit in utroque foro, etiam post innovatam Constit. Cum primùm à S. Pio anno 1566. quia vel non ubique fuit recepta, vel per non usum abrogata.

Q. 3. Quid sit pravaricari & tergiversari?

Resp. 1. Ille dicitur *pravaricari*, qui postquam accusavit vel denunciavit aliquem de crimine, dissimulat veras delicti probationes, aut falsas admittit, ut reus absolvatur. Pœna pravaricationis est infamia juris, & alia extraordinaria, sive arbitraria. *L. 1. & 2. ff. de Pravaricat.*

Resp. 2. *Tergiversari* dicitur, qui accusationi ceptæ tergum vertit, seu desistit. Olim in pœnam erat multa. 5. librar. auri & infamia juris. *L. 3. & 4. ff. de Pravar.* hodie sublata esse dicitur, quia iudex ex officio instituit novum processum inquisitionis.

TITULUS. III.

De Simonia, & ne aliquid pro spiritibus exigatur, vel promittatur.

Q. 1. Quid sit Simonia? Resp. 1. Simonia à Simone Mago dicta, qui primus in Lege nova crimen hoc admisisse legitur. *Actor. 8. v. 20.*
est

est studiosa voluntas emendi aut vendendi aliquid spirituale vel spirituali annexum Ita D. Thom. vel etiam cum Suarez Tom. 1. de Relig. L. c. 1. n. 7. definiri potest, quod sit Sacriligium commissum emptione vel venditione, aut quovis contractu, quo spirituale pro temporali commutatur. Quæ definitio ostendit, Simoniam oppositam Religionis, esse speciem Sacriligii, non danti puritatem materiæ.

Q. 2. Quotuplex sit Simonia? Resp. 1. Simonia passim dividitur in Simoniam juris naturalis divini, quæ committitur, quando pro re temporali datur vel promittitur res in se verè spiritualis, aut huic annexa, vel contra; hoc enim indicans esse lumen rationis dicitur. Et in Simoniam juris positivi Ecclesiastici, quæ est, quando non tantum datur spirituale pro temporali, vel vicè versa, sed dum res una spiritualis vel huic annexa commutatur autoritative cum spirituali, v. g. beneficium cum beneficio; vel si temporale datur pro temporali, v. g. dum officia Ecclesiastica commutantur, Vice-Domini &c. pro pecunia commutantur contra Legem Ecclesiasticam ex motivo Religionis positam sub pœnis Simonie juris divini.

Resp. 2. Alia est Simonia mentalis, aliæ conventionalis (ad quam reduci solet confidentialis) alia realis. I. Simonia mentalis non famulatur pro mero interno proposito committendi Simoniam absque ullo actu externo, hæc quippe simpliciter dicitur Simonia interna; sed Simonia realis

talis est, dum quis re ipsa dat aliquid temporale
 pro spirituali vel vicissim, sine ullo quidem pacto
 expresso vel tacito externè manifestato, cum hac
 tamen interna intentione & proposito, ut alte-
 rum obliget, moveat, & alliciat ad dandum spi-
 rituale pro temporali, vel contra. Et hæc Si-
 monia esse potest tantum ex parte unius. 2. Si-
 monia *conventionalis* est, quæ fit conventione
 vel expressâ vel tacitâ, dandi temporale pro spiri-
 tuali, vel vicissim, utrimque manifestatâ, ut tamen
 intra terminos Simonie conventionalis perma-
 neat, requiritur, vel ex nulla, vel ex una tantum
 parte executionem accessisse. *c. 12. h. t.* Si ex
 nulla parte secuta sit executio, dicitur Simonia
pure conventionalis, si verò ex alterutra tantum
 parte, *mixta* dicitur. 3. *Realis* est, quæ præter
 conventionem & pactum utrimque traditione
 consummatur. 4. Simonia *confidentialis*, quæ
 locum tantum obtinet in beneficiis Ecclesiasticis,
 est & committitur, dum quis alteri beneficium
 procurat quocunque modo, v. g. eligendo, præ-
 sentando, conferendo, cum hac *confidentia*, id
 est, pacto vel expresso vel tacito, ut is, cui pro-
 curatur, vel resignet beneficium procuranti aut
 tertio cuiquam post aliquod tempus, vel ut certam
 pensionem ex hoc beneficio præstet. Vid. Bull.
 Pii V. apud Reiffenst. *n. 42. h. t.* Simonia con-
 fidentialis iterum suas species habet, quatenus
 nimirum confertur vel resignatur beneficium cum
 pacto *accessus*, vel *ingressus*, vel *regressus*.

Q. 3.

Q. 3. Quid requiratur ad constituendam Simoniam, & quando pactum Simoniacum interveniat.
 Resp. ad 1. Seqq. ad Simoniam debent concurrere, pactum, tanquam forma, pretium temporale & merx, sive res spiritualis aut spirituali tanquam materia.

Resp. ad 2. Primo: Nomine pacti Simoniaci venit omnis contractus reciprocus, seu utriusque obligatorius, quo alter ad rem spirituales dandam obligatur, sive dein sit pactum expressum quo disertis verbis paciscentes dicant, *procedo, vel dabo temporale pro spirituali*; sive implicitum, si scilicet faciant tale quid, in quo continetur aut unde eliciatur & praesumatur confessio.

Resp. ad 2. Secundò: Pactum Simoniacum est, promittere vel dare aliquid temporale in compensationem gratuitam pro spirituali, aut recipere si compensatio gratuita determinate sic exhibetur, ut imponatur obligatio gratitudinis nova & edificata, quã quis jure naturali, ad satisfaciendum scilicet praecise obligationi antidotali, prius non obligabatur. Innoc. XI. damnata propositio. Quarta sic inter alia habet: *dare temporale pro spirituali non est Simonia, si temporale sit pro gratuita compensatio pro spirituali, aut recipere*

Resp. ad 2. Tertio: Pactum Simoniacum est, vel recipere dare aliquid temporale pro spirituali, vel recipere, si temporale detur ut *motivum* conferendi efficiendi spirituale; vel etiam si detur ut *motivum* spiritualis, sive primarius, sive secundarius. cit. propos. inter alia habet: *Dare temporale*

spirituali Simonia non est, quando temporale non datur tanquam pretium, sed duntaxat tanquam motivum conferendi vel efficiendi spirituale. Et prop. 46. Et id quoque locum habet, etiamsi temporale sit principale motivum dandi spirituale, imò etiamsi sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud prius aestimetur, quàm res spiritualis. Ratio autem est, quia temporale dare ut motivum conferendi spirituale involvit pactum vel inchoatum, vel virtuale & tacitum, quo alter ad spirituale obligatur: dare temporale ut finem rei spiritualis est pacisci, & intendere temporale tanquam pretium, æquè vel pluris aestimandum, quàm spirituale.

Q. 4. In quibus casibus non interveniat pactum Simoniacum? Resp. 1. Si detur aliquid temporale sub spe tantum, etiam exterius manifestatâ, consequendi quid spirituale, aut huic annexum, vel contrâ, non committitur Simonia. Ratio, quia qui sperat tantum, sibi spirituale dandum intuitur temporalis, si speret ex benevolentia dandum, nec obligat alterum, nec intendit obligare, ergo pactum Simoniacum deficit. Vide Schmalzgr. h. t. n. 53. & seqq. Reiffenst. à n. 87. ad 105. ubi &, scil. n. 100. ostendit, unde pro utroque foro desumi possit, an temporale sit principaliter datum pro spirituali &c.

Resp. 2. Si temporale promittatur ut incitamentum ad opus bonum, v. g. si parentes doneat liberis, ut frequentent templa: vel si temporale promittatur sub conditione & modo, ut opera pia

exerceantur, Simonia non committitur. Ratio quia nec contractus onerosus his casibus interuenit, nec ut pretium nec ut compensatio pro spirituali datur temporale, sed vel ut remuneratio laboris, vel ut stipendium.

Resp. 3. Si Sacerdotes vel alii Ecclesie Ministri conveniant *de stipendio*, priusquam administrant spiritualia, ad quæ aliunde non tenebantur, Simoniacum non est. Ratio, quia quod debet de jure naturæ, nec est consuetudine aut lege terminatum, licitè in pactum deduci potest, si determinetur. Procedit etiam Responso de Clericis habentibus aliunde, unde vivant. *caus. 1. q. 2. &c.*

Resp. 4. Quando ad obtinendum quid spirituale pro *redimenda* vexa datur temporale, vel pecunia, etiam illud absque Simonia fieri potest, si jus spirituale, quod quis vult hoc modo obtinere, est *certum*, jam *quasitum*, & vexatio est *iniqua*, insuper etiam non *quid spirituale* sed tantum *temporale* datur pro vexa redimenda. *c. 28. d. 1.* Ratio, quia hoc casu temporale non datur pro spirituali, sed vel pro remotione iniusti impedimenti, vel temporale habet se ut medium, quo alterius malitia, & illata sibi injuria tollatur.

Resp. 5. Si pactum ex una parte fictum sit, per fictam ejusmodi promissionem rei temporalis ipsa obtineatur quid spirituale, Schmalzger. *n. 51.* ait, non incurri in foro interno Simoniæ rationem dat quod ad hanc incurrendam requiritur

an animus emendi spirituale pro temporali, qui hic deficeret; Contrarius est Pichl. h. n. 40.

Q. 5. Quid nomine pretii in hac materia veniat, & quotuplex sit? Resp. 1. In emptione & venditione pretium quidem consistit in pecuniâ numeratâ, quia tamen hic nomine emptionis & venditionis intelligitur omnis contractus onerosus, ideo etiam nomine pretii venit quævis res temporalis pecuniâ vel aliâ utilitate æstimabilis, & vocari solet *munus*, non quod sit donum liberale & gratuitum, sed potius debitum justitiæ commutativæ.

Resp. 2. Triplex communiter adstruitur pretium Simoniacæ scil. *munus à manu*, *munus ab obsequio*, *munus à lingua*. Intelligitur per *munus à manu* res omnis temporalis. c. 34. & 36. de Simon. neque refert, an illa præstetur verè vel virtualiter, cum & is, qui pro consequendo spirituali remittit debitum, aut se promittit remissurum, sit Simoniacus. c. 45. h. t. c. 10. de testib. Per *munus ab obsequio* intelliguntur quæcunque servitia, v. g. Præceptoriam, famulatus &c. sub expresso vel tacito pacto, & obligatione rei spiritualis conferendæ. c. 12. h. t. Per *munus à lingua* veniunt laudes, preces, commendationes apud Principem v. g. in alia causâ interponendæ pro eo, qui beneficium vel quid aliud spirituale contulit; vel si quis pecunias v. g. det, non Episcopo, à quo vult beneficium, sed tertio, ut hic suam interponat intercessionem, quâ beneficium conse-

quatur. *D. Th. 2. 2. q. 100. a 2. ad 7. arg. 1. 3. caus. 1. q. 5.*

Q. 6. Quando munera & obsequia ei, qui spiritualem exhibet, præstita constituunt premium moniacum? Resp. I. Si talia munera & obsequia præstentur merè gratuitè & purè, sine conditione, sine pacto, sine animo, alterum sibi obligandi, præstatio talis erit libera à Simonia; sed verò, si fiat non purè, sed sub conditione pacti, aut animo, alterum sibi obligandi, qui tenetur etiam præsumitur, si munera antecedunt conditionem rei spiritualis. *Schmalzgr. b. n. 116. & seqq. num.* sequelas ex hac doctrina deducuntur, si sive ipse is, qui petitor est rei spiritualis, sive alius, ejus tamen nomine, quid ejusmodi munera det aut promittat, semper est Simonia, prout accidit in *c. 27. h. t.* quod vid.

Q. 7. Quanam res constituent mercem sive materiam Simonia? Resp. I. Nomine rei spiritualis hic non intelliguntur res incorporeæ, sed que aliquo modo supernaturales, & ad spirituales animæ salutem ordinatæ; sùntque aliæ vel extrinsecè spirituales, ut gratia sanctificatoria, dona Spiritûs S. vel causaliter, ut Sacramentorum potestas, jurisdictio Ecclesiastica; vel secundum effectum, uti operationes, quæ alicui spirituali supernaturali dono conveniunt, ut administratio Sacramentorum, dispensatio, commutatio in votis: item aliæ sunt res, valentes esse materia Simoniæ spiritualibus annexa, vel antecedens, ut jus Patronatûs ad beneficium; vel consecratio

tanter, ut labor in spirituali officio; vel *consequen-*
ter, quemadmodum reditus beneficiorum.

Resp. 2. Jure naturali, divino, & humano c. I.
8. 9. 10. & *seqq. h. t.* Simoniacum foret pretium
temporale dare vel accipere pro rebus intrinsecè,
vel causativè, vel effectivè spiritualibus; pro Sa-
cramentis, & labore intrinsecò in iis administran-
dis; pro collatione Ordinum, etiam primæ ton-
suræ; pro literis dimissorialibus, aut examine
Clericorum in concursu pro Parochia ne quidem
sponte oblatum licet accipere: it. Simoniacum
foret dare vel accipere pretium temporale pro offi-
ciis divinis, horis Canonicis, precibus, Processio-
nibus, verbi divini prædicatione, jurisdictione
Ecclesiastica, ejusque actibus tum fori in- tum
externi. Ratio omnium horum est ipsa natura
Simoniacæ. Interim tamen titulo *sustentationis &*
sipendii, titulo *laboris extrinseci*, titulo *gratitu-*
dimis in sensu ad Q. 3. *Resp. 2. ad secundum* explica-
to; titulo *consuetudinis*, sed suo modo juxta c. 42.
de Simon. aliquid licet accipere.

Resp. 3. Simoniacum etiam est pro Sacramen-
talibus permanentibus, sive pro rebus consecra-
tis & benedictis, & antecedenter rei spirituali an-
nexis, uti sunt templa, altaria, patenæ, pre-
tium dare aut accipere; si in concreto res hæ ven-
dantur aut emanantur. *can. 7. & 12. caus. 1. q. 3.*
Ratio, quia hæ res in concreto involvunt con-
secrationem & benedictionem. Possunt tamen
probabiliùs absque Simonia in abstracto emi aut
vendi, si scil. pretium in solam materiam, aut si

quam habent, in formam artificiosam confirmatur. *can. 10. 15. 16. caus. 12. q. 2. c. 7. de Patr.*

Q. 8. Quid in specie de Simonia circa beneficium Ecclesiastica sit statuendum? Resp. 1. Dare vel accipere aliquid temporale pro praesentatione, electione, confirmatione ad beneficium aliquod, proprie sive minus proprie dictum, est Simonia etiam secundum multos Juris naturalis vel divini quod sit Simonia, habetur *c. 34. h. t. c. 4. ult. de pact.* quod sit Simonia juris naturalis et de probant, quia ita connectitur jus percipiendi redditus temporales & jus officii spiritualis, ut unum esse censeatur *c. 25. de Prab.* atqui vendere aut emere jus sacri officii est Simonia juris naturalis, ergo.

Resp. 2. Simonia juris positivi Ecclesiastici est resignare beneficium in favorem alterius in manibus Praelati Papae inferioris. *c. fin. de pact. Constit. Quanta Ecclesia Pii V. c. un. de ver. part. in 6. Engel h. n. 30.* quaerit, utrum, si beneficium sint inaequalium reddituum, pacisci liceat, ut qui minus beneficium recepit, fiat compensatio pecuniaria; & resolvit, fieri id non posse ex parte partium. & *n. 32.* ait, nec transactionem lite beneficii fieri posse ut v. g. adversarius pro parte pecunia desistat, probatur ex *c. 2. & 7. de Test. 2.* Simonia juris positivi est resignare beneficium cum onere, ut resignatarius expensas solvat in eius adeptione. Ratio, quia datur hoc beneficium sub obligatione solvendi expensas

adeoque non gratis, quod reprobatur à jure. 3. Conferre beneficium alteri, ut dimittat beneficium cum novo compatibile jam prius habitum. Ratio, quia sic subiret cessionarius onus indebitum, & obligationem, quæ aliunde non existeret.

Resp. 3. Simoniacum non est, sed licitum, si vendantur, permutentur, aut locentur fructus beneficiales sive pendentes, sive à solo separati. Ratio, quia sunt quid merè temporale. 2. Nec Simoniacum est resignare beneficium cum pacto, ut resignatarius solvat debita ob utilitatem vel necessitatem Ecclesiæ contracta. Ratio, quia hoc absque eo de jure inest. 3. Licet consuetudo exigendi prandium, aut convivium in receptione Canonicorum, item *Nuffschwer-Gelder* reprobetur in *c. 44. h. t. & Trid. Sess. 24. c. 14. de ref. AA.* tamen cum *Pirh. h. t. n. 91.* non audent eam damnare tanquam Simoniacam, eoquod & ab Episcopis, & à 6. Pontifice toleretur.

Q. 9. An & quomodo Simonia circa ingressum Religionis committi possit? Resp. 1. Si pro ipso ingressu in Religionem, id est, vel pro ingressu in Novitiatum vel pro Professione Religiosa temporale quid detur, exigatur, aut accipiatur, Simonia est juris divini & naturalis. *c. 8. 19. Extrav. 1. inter Comm. h. t.* Ratio, quia uterque ingressus ordinatur ad salutem æternam.

Resp. 2. Potest tamen monasterium, licet dives accipere ab ingressis vel ingressuris quid sponte oblatum. *Extrav. cit. vel si sit inops,*

titulo sustentationis. *S. Th. 2. 2. q. 100. a. 3. 4. & arg. ex Trid. Sess. 25. c. 16. de Regular. titulo dotis, etiamsi monasterium sit beneficium. Patet ex privileg. Innoc VIII. id expressè Monialibus concedentis; aut etiam in monachis virorum titulo donationis propter nuptias legitimæ. Pichl. h. n. 50.*

Q. 10. Quanam sint pœna in Simoniaco humano statuta? Resp. 1. Nec Simonia in foro externo pœnam annexam habet, sed in solo animo consistit, sufficit per penitentiam fori interni peccatum hoc expiare. c. n. 1. Nec Simonia conventionalis purè talis certas pœnas annexas, quia Ss. Canones, dum pœnas statuunt in Simoniacos, donationis & acceptationis meminere. c. 8. 34. h. t. Extrav. 1. c. 2. Comm. eod. Imo multi sunt, qui dicunt, Simoniam conventionalem mixtam subjacere pœnis, exceptâ confidentiali, de qua Ratio eorum est, quia versatur in materia facta, adeoque cum dantes & accipientes pœnis statutis tantùm subjiciantur, non debere ad alios extendi. Possunt tamen, imò debent Simoniacos quorum peccatum in actum externum processerit arbitrariè à Judice puniri.

Resp. 2. Simonia realis non quidem committitur sed in tribus solùm casibus, scil. quæ committitur circa ordinationem, circa provisionem beneficiorum, & circa ingressum in religionem pœnis determinatis à Jure pœnis: sic 1. oblati non collati Simoniacè scienter & cum culpa collati

dinans & Ordinatus incurrunt excommunicationem Papæ reservatam & suspensionem ab omnibus officiis & functionibus Ordinum. *c. 37. & 44. h. t. Extrav. 2. inter Comm. eod. 2.* Ob Simoniam realem in provisione beneficiorum præter excommunicationem Pontifici reservatam, quam omnes scienter concurrentes incurrunt, electio, præsentatio, & quævis alia collatio ipso jure nulla est, nec ullum proviso jus acquiritur, sed ante omnem sententiam fructus beneficiales restituere, & ipsum beneficium tenetur dimittere. *Extrav. 2. cit.* Inhabilitatur etiam (per sententiam) ad idem & alia omnia beneficia, privatur jam habitis, deponi debet à ministerio altaris, Pius V. in *Constitut. Cum primum.* Nullitas provisionis etiam inducitur, non tamen pænæ aliæ, licet quis ignoranter sit Simoniacè promotus, pecuniâ v. g. à parentibus vel tertio inscio promotus Collatoribus datâ. 3. Ob Simoniam commissam circa ingressum in Religionem, quæ rarissima est, hodie solum incurritur suspensio, quia *Extrav. cit.* quo ad excommunicationem [à Nav. Less. & aliis dicitur non esse recepta.

Resp. 3. Simonia *Confidentialis* præter excommunicationem reservatam, nullitatem resignationis & collationis, inhabilitatem ad idem beneficium, & ad alia omnia, seq. habet speciales pœnas in Bulla Pii IV. *Romanus.* & in Bull. Pii V. *Intolerabilis* expressas, scil. 1. est interdictum ab ingressu Ecclesiæ latum in Episcopos aliósque Prælatos superiores loco excommunicationis, si for-

tè hujus criminis rei sint. 2. Privatio non beneficiorum tantum prius obtentorum, sed et pensionum. 3. Applicatio fructuum male perceptorum Camerae Apostolicæ. 4. Reservatio ipsius beneficii ita nulliter acquisiti, quæ reservatio apud Germanos propter Concedendum non obtinet.

Q. II. Quis sit iudex competens in Crimine Simonia? Resp. Solus Ecclesiasticus privative agnoscit & pronuntiat, licet delinquens sit laicus *c. 2. de jud.* Deinde inter Ecclesiasticos solum Pontifex *per se loquendo* absolvit à Censuris in hac materia incurfis, & in pœnis dispensat, et dispenset rarissimè. Præterea si delictum Simonia sit adhuc occultum, absolvere à Censuris potest Episcopus vi *Trid. Sess. 24. c. 6. de ref.* Morescentes vi privilegii, si excipiatur Simonia in collatione & susceptione Ordinum commissæ, ubi cepta est Bulla Sixti V. *Sanctum.* Item Episcopus dispensat cum eo, qui per tertium Simoniam commissam ad beneficium promotus est. *cap. null. de elect.* vid. etiam *can. 1. caus. 1. q. 5.*

TITULUS IV.

Ne Prælati vices suas vel Ecclesias annuo censu concedant.

Q. I. Quid in præsentis titulo Prælati vi præsentis rubricæ partis prohibeatur? Resp. I. In præsentis titulo (qui cum seq. est quasi appendix ad præsentem)

rem, quia in utroque de quadam Simonia specie agitur) prohibetur Prælati, ne vices suas, id est exercitium jurisdictionis, potestatis aut administrationis Ecclesiasticæ pro annua pensione elocent, sive dein omnimodè relinquunt suam jurisdictionem, sive potius habitualiter retineant. *c. 1. 2. 3. h. t. Trid. Sess. 5. 6. 1. de ref.*

Resp. 2. Non autem prohibetur Episcopis constituere Vicarios Generales, iisque committere jurisdictionem dioceseos suæ, præstando simul annum salarium in pecuniis consistens. Ratio, quia hoc salarium non constituitur per modum pretii sed per modum stipendii. Sic etiam licet Episcopo remittere jurisdictionem sibi competentem, eximendo scil. Ecclesiam vel Monasterium à jurisdictione, ut præstetur sibi tamen singulis annis pensio. Ratio, quia pensio hæc datur tantum in recognitionem præteritæ subjectionis, & in signum libertatis concessæ.

Q. 2. Quid prohibeatur Prælati vi posterioris rubricæ partis? Resp. 1. Prælati non possunt ipsas Ecclesias, ut v. g. quis ibi pro libitu celebret, pro pensione annua dare. *rubr. hujus tit.* Possunt autem ipsos fructus Ecclesiarum, attamen juxta *Extrav. Ambitiosa inter Comm. de reb. Eccl. alien.* ubi hæc in usu est, tantum ad triennium, elocare. &c.

Q. 3. Quæ pænæ sint statuta contravenientibus prohibitioni prædictæ rubricæ? Resp. 1. Prælati locantibus pro censu Ecclesias pænâ in jure statutâ non legitur, licet, secundum dicta, locatio

tio

tio prohibeatur. 2. Prælati vices suas alibi cedentes sic per sententiam puniri debent, ut de & accipiens ab Ecclesia excludantur. c. 38. de mon. dein, ut dans pecuniam pro exercitio promotionis, aut officii, id perdat, conferens potestatem conferendi amittat. c. 1. b. t. de ma ut dans pecuniam removeatur à Clero; conferens, etiamsi Episcopus, pro qualitate delicti deponatur, vel suspendatur c. 2. b. t.

TITULUS V.

De Magistris & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

Q 1. *Quid de Magistris, de quibus mori b. t. dicendum?* Resp. 1. Licet pars hujus tituli non eam habeat cum præcedentem, qualem posterior, *notandum* est. I. Quòd nomine *Magistorum vel Doctorum* nunciantur omnes insigniti in facultate quadam suprema laureâ, usus interim in Germania duo illa vocabula sic distinxit, ut qui in Theologia, Jure, Medicina supremum gradum sunt consecuti, *Doctores*, qui in Philosophia, *Magistri* vocentur. Et ceteros in dignitate sequuntur *Licentiati*, quibus dignis repertis facta est *licentia* sive facultas docendi & capeffendi supremam in aliqua scientia lauream: *Licentiatis* inferiores sunt *Baccalarii* scil. qui sui in scientia profectus primum periculum cum testimonium adepti sunt. *Notandum* 2. Quod

alii sint Doctores in Univerſitate quadam promoti; dicti *Academici*, alii *Bullati*, & quòd penes diverſos pro diverſitate Jurium Academicorum ſit poteſtas, DD. creandi. *Notandum 3.* quòd vel examen, idque non umbratile, vel æquivalens poſitionum ex præcipuis Facultatis partibus ſelectarum deſenſio publica & ſufficiens (præter fidei profeſſionem juxta Trid & Conſtit. Pii IV. *injunctum*. ſub pœna nullitatis edendam) debeat præcedere. *L. 7. C. de Prof. & Med. Libr. 10.* *Notandum 4.* quod varia competant Doctõribus privilegia, ſcil. *nobilitas*. arg. *c. 28. de præb. Reſſ. Imper. de anno 1577. tit. 11. & 12.* dein *exemptio* à conditione plebeja. *Clem. 2. h. t. ſpecialis honor & reverentia. L. 2. & 3. C. de off. diverſ. jud. præſumptio* inſignis ſcientiæ, & virtutis, *c. 7. de elect. exemptio* à tortura. Vid Schmalzgr. *h. à n. 4.* *Notandum 5.* A. Conc. Later. *in c. 4. h. t. relato & Trid. Sess. 5. c. 1. de ref. varia*, quæ videri poſſunt, circa Præbendam Theologalem eſſe conſtituta; & paſſim conveniunt AA. ad hanc præbendam Theologicam admitti etiam poſſe Canoniſtam, probant id tum ex variis Congreg. Declarat. tum ex ipſa ratione.

Q. 2. An illicitum ſit vel Simoniacum pro datione licentiæ docendi ſeu tradendi ſcientias aliquid accipere? *Reſp. 1.* Illicitum eſt & graviter ſub pœnâ reſtitutionis perceptorum & privationis officiorum ac beneficiorum prohibitum, dare vel exigere pecuniam aut ſimile quid pro conſeſſione licentiæ docendi, vel ſacram vel profa-

nain

nam scientiam. c. 1. 2. & 3. b. t. Ratio, quia
 ditiam sapit, viros idoneos, quos utilitas publi-
 ca invitari muneribus ad docendum postulat, et
 actionibus velle arcere. Nihilominus jura
 exam à Majoribus & usu approbatam pro inco-
 moditate & labore, quem Professores examina-
 do & approbando Candidatos subeunt, sperant
 accipere, licitum omnino est.

Resp. 2. Etiam loquendo de ipsa licentia
 di concedendâ, licet illicitum sit, pro ea
 accipere; *proprie* tamen Simoniacum non est. Ra-
 tio, quia nec ipsa doctio est quid spirituale, nec
 in materia Simoniæ sumitur, neque ex se
 nata ad actus proprie spirituales, cum motus
 scientiam in intellectu Auditorum generat
 dam.

*Q. 3. An illicitum sit vel Simoniacum
 ipsa actuali doctioe stipendium accipere?* *Resp.*
 Neg. quæcunque demum scientia tractatur
 etiam si sit Theologia speculativa, scriptura,
 Jus Canonicum. Ratio, quia talis doctio
 mediatè & per se non dependet ex principis
 pernaturalibus, cum non supponat necessitudinem
 dem in docente: nec intendit per se movere
 voluntatem ad actus supernaturales, sed tantum
 illustrare intellectum ad cognitionem veritatis
 Theologicarum, ergo. 2. Nec Simoniacum
 est aut illicitum accipere stipendium pro do-
 ctione consilii non tantum Medici, & responsarii
 ridici, sed etiam Theologici aut Canonici. Ra-
 tio, quia talis instructio supponitur ordinari
 tum

nim ad intellectum veritatis moralis cognitione erudiendum.

TITULUS VI.

De Judæis, Sarracenis, & eorum fervis.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit infidelitas? Resp.*
 • Infidelitas (de qua ideo post titulos de Simonia positos agitur, quia ipsa opponitur multò maximè Religioni, cum fundamentum cultûs divini evertat) Propriè dicta est peccatum ita oppositum internæ fidei ex suo objecto, ut cum eo impossibilis sit voluntas credendi, & actus fidei vere divinæ. 2. Tres numerat species; *Paganismum, Judaismum, & Hæresin.* Ad *Paganismum* reducuntur etiam *Sarraceni*, ut constat ex *c. 10. & 18. h. t.* strictè tamen differunt à *Paganis*, quia *Pagani* sunt, qui idola colunt, verum Deum negantes; *Sarraceni* autem, qui non baptizati unum tamen & verum adorant Deum, nec tamen novum Testamentum, nec vetus saltem totum recipientes, dogmatibus Mahometis in Alcorano contentis inhærent. Deïnda *Judaismus* est infidelitas illorum, qui legem duntaxat Moisaicam absque fide in Christum sectantur. De *Sarracenorum & Judæorum* origine, appellatione &c. plurima referunt Historici. Demum de *Hæresi*, tertia specie infidelitatis, agetur *seq. Tit.*

Q. 2.

Q. 2. Utrum licitè Judæi à Principibus Christianis recipiantur, & recepti tolerentur? Resp. Judæi possunt quidem absolute loquendo recipi licitè, ubi priùs non fuerunt, id tamen non expedit. Ratio, quòd recipi possint, est, quòd perpetuum dant testimonium non solum scripturæ veteris Testamenti, sed etiam Religionis Christianæ veritati. Quod autem non expedit inde est, quia eorum multiplicatio summe est damnosa & periculosa, immanésque ab eis blasphemiam & injuriam in Christum redundant.

Resp. 2. Ubi semel recepti, & de profectione sunt assecurati, expelli pro libitu non possunt legitima causâ, qualis causa eos expellendi foret, dum sibi non temperarent à blasphemis, fraudibus, maledictione, seductione ad suam superstitionem. Ratio, quia fides semel jacta est etiam gentili & judæo servanda est. Securus eruitur ex *L. 11. 14. 16. 18. C. h. t.*

Q. 3. Quid commodi præterea Judæi consequuntur ex sui receptione, quidve eis sit interdictum? Resp. ad I. Habere permittuntur ad ritum exercendos Synagogas veteres, easque potest restaurare, non tamen novas edificare, ampliusque habitas ampliores efficere. *c. 3. & 7. h. t.* ad II. sua & Sabbatha celebrare permittuntur, nec tempore in jus vocari debent. *c. 9. h. t. & L. 4. & 13. C. eod.* ut tamen nihil agant in contemptum Religionis Catholicæ. *c. 14. & 15. h. t.* ad III. non debent cæmeteria illorum violari, nec inde temerè offendi. *c. 9. h. t.* imò si ad suam

conversi fuerint, bonis & possessionibus spoliari non debent. *c. 5. §. si quis. h. t.* retinent itaque jus successionis erga parentes æquè ac reliquos.

Resp. ad 2. Non possunt Judæi officio publico fungi inter Christianos, neque jurisdictio in hos ipsis committi. *c. 16. h. t. L. fin. pr. C. eod.* sed etiam si Judæi à Christianis conveniantur, ab Ordinariis iudicibus Christianis lites dirimendæ. *L. 8. C. h. t.* 2. Non possunt institui hæredes à Christianis *L. 1. C. de judais.* 3. Licet non prohibeantur de Jure communi habere bona immobilia. *c. 18. de usur. c. 16. de decim.* in pluribus tamen locis id eis interdictum. 4. Distinctum, quo à Christianis secernantur, vestitum adhibere debent. 5. Non possunt usuras ultra 5. pro 100. accipere. *L. 8. C. h. t.*

Q. 4. Qualis communicatio cum Judæis, Paganis & Sarracenis prohibita sit Christianis? Resp.

1. Patet, quòd non liceat cum eis communicare in divinis v. g. Sacramentorum participatione, titibus & cultu superstitioso; imò nec vesci azymis licet. *can. 13. caus. 28. q. 1.* nec eorum templa adire, quo tempore superstitiosa à Judæis vel Paganis sacra celebrantur, ob scandalum & perversionis periculum; hoc si absit, peccatum grave non erit, imo nullum, si finis bonus præfigatur.

2. Etiam non licet cum Judæis communicare in multis politicis, in quibus ex familiaritate nimia scandalum aut perversionis periculum metui potest: sic prohibentur Christiani cohabitare Judæis. *can. 13. caus. 28. q. 1.* contractus celebrare

Liber V.

C

cum

cum ipsis possunt, non tamen matrimonium, quod ob cultus disparitatem nullum est. Item prohibentur Christiani uti eodem cum Judæis balneo *can. cit.* Medicos Judæos aut medicinas ab ipsis præparatas extra casum necessitatis adhibere. *Constit. Gregor. XIII. Aliis pia.* ann. 1581. de convivio, nuptias, choreas. *can. 14. caus. 22. q. 1.* eadem prohibitio procedit respectu paganorum & Sarracenorum. Ulterius prohibentur Christiani famulari Judæis, probabilius etiam, licet fiat eorum illorum ædes, aut non frequenter, quia filius beræ filiis ancillæ inservire non decet; per hoc tamen non prohibetur, quo minus possint Christiani suas Judæis operas locare. Denique etiam alia prohibentur Christianæ mulieres viris Sarracenis lactare liberos Judæorum. *c. 5. & 8. h. 1. Constit. Pauli III. Cum enim.* *Constit. Gregor. XIII. de qua.* idque ob familiaritatem.

Q. 5. Quid specialiter circa Sarracenos, et infideles Christianis sit interdictum? Resp. 1. In pace, multoque minus belli tempore licet Christianis ad Sarracenos, aliosque infideles arma ferre, aliave ad bellum servientia. *Jure Canonico* hujus delicti plectuntur capite, & bonorum confiscatione. *L. fin. C. quæ res exportantur. Jure Canonico* sunt ipso facto excommunicati excommunicatione S. Pontifici reservatâ per *Bullam Cœlestini septimo*, sèque non ad Paganos tantum, sed etiam Hæreticos extendente: aliæ pœnæ legi possunt *c. 6. 11. v. illi quoque, & c. 17. h. t. Extrav. Joan. XXII. eod. 2.* Tempore belli qui alias, quæ

quascunque merces, ad prædictos Sarracenos & alios Paganos deferunt, eandem incurrunt excommunicationem. Ratio, ne occasione mercium ipsis consilia Christianorum manifestentur. Imo ulterius adhuc proceditur *cit. Bullâ Cœn. caus. 7.*

Resp. 2. Loquendo *practicè* nunquam ferè licet Principi Catholico inire fœdus cum Sarracenis & infidelibus auxilii contra fideles ferendi causâ, etiamsi bellum contra fideles justum foret. Ratio, quia in praxi rarissimè abest periculum perversionis, scandali, propagandæ infidelitatis: *speculative* tale fœdus defendi potest tum exemplo Patriarcharum veterum, tum quod quisque jus habeat ad necessariam sui defensionem.

Q. 6. An Judæi, aliivè infideles inviti ad fidem Catholicam cogi possint? *Resp. 1.* Directe cogi non possunt. *can. 3. & 5. dist. 45. c. 9. h. t. & ex praxi Ecclesiæ.* Ratio, quia Ecclesia non habet jurisdictionem in infideles. *1. Cor. 5.* nec Principes suam ad spiritualia possunt extendere.

Resp. 2. Tanquam valde probabile defendunt Engel. *h. t. n. 9.* Pichl. *n. 12.* posse contra infideles licitè moveri bellum ob idololatriam, & alia peccata contra jus divinum & naturale, præf. si summi Pontificis consensus accedat. Ratio, quia licitum est habenti jurisdictionem vindicare injurias homini illatas, ergo multò magis illatas Deo.

Resp. 3. Eodem modo infidelium infantes probabiliter baptizantur licitè, invitis etiam parentibus, modò spes sit, eos religiosè educandos, aut

si Princeps, cujus imperio subsunt, id fecerit. Ratio, quia universale præceptum Christi est, omnes esse baptizandos, quod prævalet & extinguit jus omne & potestatem parentum in liberis, neque parentes contra istud Christi præceptum possunt justè esse inviti, ergo.

TITULUS VII.

De Hæreticis,

Q I. *Quid sit Hæresis, quis Hæreticus, & quæ eorum Credentes &c.?* Resp. 1. Hæresis, scilicet formalis, est error intellectus voluntarius & pertinax contra fidem assertus ab eo, qui Christianum profitetur. Ille itaque, qui est baptizatus, & tamen errorem in intellectu, sive per se, sive per alium erroneum voluntarium, id est, vincibile, culpabile habet contra veritatem aliquam veram & sufficienter à vera Ecclesia propositam, & mul etiam cum pertinacia in voluntate erroris profitetur, Hæreticus dicitur. Confessio AA. inter quos Brunnem. in L. 2. C. h. 1. sic habet: Hæreticus est, qui vel in levi articulo fidei ab Ecclesia verè Catholica perveraciter sentit. Quæ perveracitas & voluntatis pertinacia consistit in deliberata & efficaci voluntate contradicendi veræ Ecclesiæ, illi nimirum, quam magis & notæ ostendunt, prudenter credi posse & habere esse veram.

Resp. 2. Hæretici alii sunt formales, qui

scripti, *materiales* alii, qui quidem adhærent errori
fidei Catholicæ contrario, sed absque pertinacia, v.
g. ex simplicitate, ex defectu informationis debi-
tæ &c. Alii *interni*, qui mente solâ errorem reti-
nent. *Externi* alii, qui eum etiam exterius pro-
duunt. Cæteras divisiones vide passim in Canoni-
stis.

Resp. 3. Credentes Hæreticorum dicuntur, qui
quidem nihil in particulari & actu credunt contra
fidem, verbis tamen vel factis profitentur, assenti-
turi se illorum doctrinæ, vel etiam, qui doctri-
nam veræ fidei contrariam audiunt, animo vel
absoluto consentiendi, vel conditionato, si mo-
tiva placuerint. *Receptatores* vel *Receptores* sunt,
qui Hæreticos quæ tales hospitio accipiunt. *De-*
fensores, qui eos quæ tales protegent. *Fautores*,
qui quovis modo iis quæ talibus favent.

Q. 2. An & qualiter prohibitum vel licitum sit
communicare cum Hæreticis? *Resp. 1.* In rebus sa-
cris & divinis cum illis communicare jure divino
& naturali vetitum est, si vel scandalum, vel su-
spicio, vel periculum spirituale animæ inde sequa-
tur, ut patet. *2.* Olim etiam quævis commu-
nicatio in profanis erat prohibita, hodie tamen
cum omnibus, etiam manifestis & notoriis, etiam
generaliter in Bulla Cænæ contentis, modò non
sint specialiter & nominatim excommunicati, se-
cluso scandalo & periculo perversionis in actibus
profanis communicare licet. Bulla Martini V.
Ad evitanda. *3.* An, quibus, & quando liceat
disputare cum ejusmodi hominibus, vide latè

apud Leur. *h. t.* Q. 154. Pichl. *h. à n.* 23. 4.
exercitio Religionis videantur AA.

Q. 3. *Quanam pœna in jure contra Hæreses
statuta.* Resp. Pœnas spirituales & Canonicas
Hæreticos formales & externos (item in
Credentes, Receptatores, Defensores, Pa-
res) videre est in *c. 8. 9. 15. h. t. c. 2. eod.*
in *Bulla Cœna cas. 1. Pœnas temporales & in*
in *c. 9. 13. 15. fin. h. t. L. 4. 5. 8. & Auth. Ge-*
ros. C. h. t.

Q. 4. *Quid præterea de jure circa hanc ma-*
am decretum? Resp. 1. A variis emitti debet
fessio fidei, de quâ dictum ad *Tit. 1. Libri De-*
cretal. Q. 2. & habetur in *Trid. sess. 24. de*
ref. sess. 25. c. 2. de ref. Constit. Grego. XI.
Onus Apostolicæ. Pii IV. injunctum nobis. Tit.
in Sacrosancta.

Resp. 2. Absque licentia & in materia
li legere scienter ex quocunque fine libros Hæ-
corum de Religione tractantes, vel hæretico-
tinentes, imò & eos retinere, imprimere,
fendere, per se graviter prohibet Ecclesia,
sub pœna Excommunicationis Pontifici referenda
c. 4. h. t. CC. & Extrav. præcipue Bulla Cœna
Vid. Pichler *h. n.* 7. & 8. in quo posteriori
rigorem Bullæ prædictæ in prohibenda lectura
& retentione librorum ejusmodi, saltem respo-
virorum piorum & doctorum, licet Bulla
recepta sit, videri esse mitigatum per consuetu-
nem, & ob moraliter impossibilem observantiam
Contrarius est Reiffenstuel *eod. tit. c. 3. per*

Resp. 3. In indice librorum prohibitorum, quem Pius IV. juxta decretum Tridentini primitus confici curavit, & plures postea Pontifices continuârunt & auxerunt. 3. continentur classes de quibus quid ulterius dicendum, consule Engel *h. n. 9.* Reiffenst. *n. 111.* & seq. Pichl. *n. 9.*

Q. 5. Quis sit iudex in causa hæresis? Resp. Iudex Ecclesiasticus privativè, sive quæstio hæc principaliter, sive incidenter in iudicium deducatur *c. 18. h. t. in 6.* Ratio, quia hoc crimen est merè Ecclesiasticum. Schmalzg, *h. t. à n. 175.* refert in specie illos iudices Ecclesiasticos, qui hac in causâ cognoscere possunt.

Q. 6. Quinam possint ab hæresi absolvere? Resp. 1. Præter summum Pontificem, qui ab hæresi quacunque pœnitentes absolvit, Episcopi vel per se ipsos, vel per Vicarium ad hoc specialiter deputatum pro foro interno ab hæresi completâ & occultâ, eique annexâ excommunicatione possunt absolvere. Trid. *sess. 24. c. 6. de ref.* Idem dicendum de capitulo Sede vacante Leur. *in Vicar. Episc. Q. 467.* Idem de Prælatiis quasi jurisdictionem Episcopalem habentibus. Ratio, quia hi æquiparantur Episcopis in iis, quo competunt Episcopis tanquam *Ordinariis*, atqui potestas absolvendi videtur concessa à Trid. Episcopis tanquam *Ordinariis*, ergo. Quid circa absolutionem ab hæresi potestatis competat Religiosis, indulta & privilegia ipsis concessa & non revocata, inspiciantur.

Resp. 2. Potestas ab hæresi & aliis delictis oc-

cultis à Tridentino concessa Episcopis, probabiter non est revocata per Bullam Cœnæ, saltem in Germania. Ratio est 1. Quia specificè & in terminis tantùm generalibus decretum alicuius Concilii generalis, ut illi censentur derogantur revocari debet, hoc non fit in Bulla Cœnæ respectu Concilii Tridentini, in quo Episcopus dicitur facultas à criminibus occultis absolvendi, ergo. Correctio jurium, quoad fieri potest, vitanda non potest autem vitari, dicendo, Bullam Cœnæ revocantem quasvis facultates absolvendi ab hæresi intelligi debere de hæresi publica & pro futuro terro. 3. Quòd addatur, *saltem in Germania* ratio est, quia pro hac speciales militantes rationes.

TITULUS VII.

De Schismaticis & Ordinatis ab eis

Q. 1. *Schisma quid & quoruplex sit?* *Schisma* græcè, *scissura* latinè, est secessio seu disjunctio, quâ quis se separat à communionem & unitate Ecclesiæ Catholicæ, quatenus illa est corpus mysticum, ex universis fidelibus tanquam membris, & Rom. Pontifice tanquam capite constans. 2. Differt ab hæresi, quòd quidem omnis hæreticus sit schismaticus, licet non purè talis, quatenus scilicet deserendo fidem ecclesiasticam quoad unum articulum, utpote quæ quoad doctrinam una est, separat se à præcipua Ecclesiæ unitate in fide consistente; non tamen contrariè schismaticus est hæreticus; hinc

Resp. 2. Datur aliud schisma *purum*, quod descripsimus; & est dum quis S. Pontifici quò tali, licèt cum agnoscat esse caput Ecclesiæ, omnesque alios fidei articulos credat, pertinaciter nihilominus detrectat obedire. *Non purum sive conjunctum cum hæresi* est, dum quis aliquem præterea negat fidei articulum.

Q. 2. Quanam sint pœna Schismaticorum? Resp. Si non purè tales sunt, omnes hæreticorum incurrunt pœnas, ut patet. *Purè autem & propriè tales* incurrunt 1. Excommunicationem majorem, quæ respectu ipsorum hodie vi *Bull. Cœn. cas. 1.* est reservata S. Pontifici, non tamen respectu fautorum ipsorum. 2. Redduntur inhabiles ad obtinenda beneficia, & Dignitates Ecclesiasticas, antequam dispensetur cum ipsis, probabilius licèt jam egerint pœnitentiam, & reversi sint ad unitatem Ecclesiæ. *c. 5. de elect.* 3. Privantur ipso facto iurisdictione Ecclesiastica, ut nec excommunicare, nec absolvere, nec indulgentias concedere, aut beneficia possint conferre. *c. 1. h. t. 4.* Confiscationem bonorum incurrunt. *c. un. h. t. in 6. &c.*

Q. 3. Num Ordinationes à Schismaticis factæ, & alii actus valeant? Resp. 1. Ordinationes seu collationes Ordinum, aliorumque plerorumque Sacramentorum *validè* ab ipsis conferuntur. Ratio, quia collatio Ordinum dependet à potestate Sacramentali Ordinis, quam non amittunt Schismatici, modo substantialia observent; taliter tamen Ordinati executionem Ordinis citra dispensationem non recipiunt. *arg. c. 1. & 2. h. t.*

TI-

TITULUS IX.

De Apostatis reiterantibus Ba-
ptisma.

Q. 1. *Apostasia* quid est & quotuplex? *Resp.* Apostasia est recessus vel defectio, quae ceditur temerariè à vitæ prioris instituto, quod quis publicâ & solenni professione tuendum suscepit; adeoque ille *Apostata* est, qui à Deo aut vitæ instituto recedit. 2. *Apostasia* est triplex, scilicet. *Apostasia à fide* vel *perfidia*, à *Religione*, *ab Ordine*. *Apostasia à fide* & *proprietate* est, dum quis à fide Christiana penitus recedit, eamque totaliter deserit, transeundo e.g. ad Paganismum, Judaismum, Turcismum. Desert hæc *ab hæresi*, quòd licet vulgò quis dicitur *Apostata*, si transeat ad Lutheranos aut Calvinistas non tamen *ex toto*, sed parte duntaxat in uno vel pluribus à fide defleat. *Apostasia à Religione* est, dum quis sine licentia sui superioris regimini vel alterius, qui eam dare potest, ab Ordine vel religioso post emissa vota substantialia etiam simplicia tantum, recedit à Religione sine proposito redeundi, vel cum proposito nunquam redeundi, sive dimisso, sive retento habitu. *Fugitivus* dicitur, qui non obtentâ licentiâ recedit, sed cum animo redeundi. *Apostasia ab Ordine* est, dum quis constitutus in *Sacris Ordinibus* ad statum laicalem vel conjugalem, propriâ temeritate transit.

Q. 2.

Q. 2. Quæ sint Apostatarum pœna? Resp. 1. Apostatæ à fide pœnas omnes incurrunt, quas utroque Jure hæretici, cum omnes sint veri hæretici, licet non omnes hæretici sint Apostatæ; nec ipsos juvat in Imperio toleratio certarum Religionum. *c. 13, de hæret. in 6.* Imò gravius contra hos Apostatas proceditur ob gravius peccatum, dum & semper, quamdiu vivunt, & post mortem ad quinquennium accusari & in suis puniri possunt. *L. 2. & 4. C. h. t.*

Resp. 2. Apostatæ à Religione sic puniuntur, ut sint feriendi excommunicatione, quæ adeoque est ferendæ tantum sententiæ, nisi dimiserint habitum. *c. 2. ne Cler. vel Monach.* aut nisi sint Apostatæ à Societ. Constit. *Greg. XIII. Ascendente. 2.* Suspensi sunt ab executione Ordinum in Apostasia susceptorum, quoad accesserit dispensatio Pontificia. *c. fin. h. t.* 3. Amittunt omnia privilegia Religionis suæ, saltem si sequatur sententia declaratoria & Apostatæ habitum dimiserint. *Trid. Sess. 9. c. 19. de ref.*

Resp. 3. Pœnæ Apostatarum ab Ordine Sacro sunt, quod amittant privilegium *Canonis. c. 1. h. t. c. 23. de sent. Excomm.* 2. Quod incurrant excommunicationem, quæ est ferenda sententiæ, assumpto tantum statu laicali; *lata* autem per *c. 3. h. t.* si matrimonium attentent contrahere. 3. Quod durè sint incarcerandi juxta *c. 5. h. t.* 4. Quod fiant infames, & irregularitatem incurrant, attentato præsertim matrimonio ob bigamiam similitudinariam.

Q. 3.

*Q. 3. Qui intelligantur per rebaptizantes
reiterantes baptismum, & qua pœna iterantium
ptisma? Resp. 1. Intelliguntur ii per rebaptiza-
tes, qui semel ritè & absolutè baptizatos scien-
tè, quàm semel baptizant, & hinc *Ab-
ptista* dicuntur, De similibus agitur in *can. 112.
& 112. dist. 4. de Consecr.**

*Resp. 2. De Jure Civ. rebaptizans, & reb-
ptizatus scil. scienter afficiuntur ultimo suppli-
L. 1. & 2. Cod. ne sanct. bapt. iter. neque ga-
dent immunitate, quâ tolerati in Germania.
Jure Canonico rebaptizans, rebaptizatus, omne
que in eo officio ministrantes irregularitates in-
currunt. c. 2. h. t. non tamen si iterum aliud
Sacramentum, v. g. Confirmationis, qua irregu-
laritas non incurritur, nisi in jure expulsi.
Deinde si fuerit Clericus, punitur deponitio-
si fuerit laicus, excommunicatione ferenda in
*can. 118. dist. 4. de Conser.**

TITULUS X.

De his, qui filios occiderunt,

*Q. 1. Quinam comprehendantur hoc
Resp. Tametsi hoc titulo juxta ejus
cam solùm agi videatur de iis, qui filios occiderunt
postquam in prioribus actum erat de crimine
religioni & cultui divino immediatè adven-
tus, veniunt tamen parricidæ omnes tam
priè quàm impropriè dicti. Parricidæ proprie
dicti*

dictus est, non tantum, qui patrem vel matrem occidit, juxta *L. 1. ff. ad Leg. Pompej. de parricid.* sed etiam, qui vel avum aut aviam, aliosve ascendentes, aut contra, qui filios, vel nepotes ex filio aut filia, aliosque descendentes in lineâ rectâ occidit. *Parricida* improprie dictus est, qui occidit consanguineum collateralem usque ad quartum gradum. *L. cit.*

Q. 2. Quanam sit pœna parricidii? Resp. 1. De *Jure Civili* pœna parricidii improprie dicti est *Legis Cornel. de Sicar.* id est, gladius *L. 9. ff. ad Leg. Pomp. & Jus Palatin. p. 5. tit. 20. in fin.* pœna parricidii proprie talis olim erat pœna culei. *L. pen. ff. ad Leg. Pomp. L. un. C. de his qui fil. occid. §. 6. Inst. de publ. jud. juxta Const. Crim. Caroli V. ar. 131.* eidem successit, ut si mater (idem est de patre) occidat suam prolem, viva in terram defodiatur, palo per ejus corpus transfixo, vel ut aquâ suffocetur ad vitandam desperationem. Verum & hæc pœna usu sublata est, & aliæ successerunt, cum exasperatione tamen pro ratione circumstantiarum delicti. *Jure Palatinis* parricidium committentibus ad minimum rota, fœminis vel gladius vel suffocatio *l. cit.* dictatur pro circumstantiis cum vel sine exasperatione. De *Jure Canonico* pœnæ statutæ in *can. 15. caus. 33. q. 2. & c. 1. h. t.* solum habebant locum in foro conscientiæ, ut satisfieret Deo, sed neque nunc in usu amplius sunt. *Judex Ecclesiasticus* modò parricidam *Laicum* jurisdictioni suæ subiectum statim remittit

tit

ut judici sæculari, Clericum verò prius depofitum
& degradatum idem tradit Curiaẽ sæculari. *h. t. n. 5.*

Resp. 2. Fœmina, quæ procurat abortum
fœtûs animati, verè est rea parricidii, & puni-
de *Jure Civili* fecundùm antecederet dicitur
re Pal. p. 5. T. 21. fuffocatione, vel etiam
gâ gladii punitur. *Jure Ecclefiaftico* juxta
Sixti V. *Ad effrenatam* (quam Gregor. XI
in *Const. Sedes Apostolica* nonnifi quoad abfolu-
tionem ab Excommunicatione. & quoad pro-
curantes abortum fœtûs necdum animati in-
gavit) directè vel indirectè, per fe vel per alios
quocunque modo ad abortum cooperantes in-
currunt pœnas omnes quocunque jure
homicidas; quas refert *Leur. h. t. Q. 217. 1.*
Cui pœna fubjaceant parentes, qui in eodem
cum lecto proles collocant, eâsque fine dolo-
lo, non tamen fine culpa opprimunt. *videtur*
idem *Q. 216.*

TITULUS. XI.

De infantibus & languidis expo-
fitis.

Q. 1. Quinam intelligantur per *infantes*
guidos expositos? *Resp. 1.* Intelliguntur
per *infantes* liberi recenter nati vel septuaginta
nores, qui à parentibus, vel aliis, cum con-
fentiu, feientiâ, aut ratihabitione parentum

nuntur, & relinquuntur ad hoc, ut vel alimentis destituti pereant, vel ab aliis suscipiantur alendi & educandi. Ubi & id notandum, parentes *ordinariè*, nisi excuset egestas summa &c. peccare graviter, liberos exponendo, cum eos censeantur necare, ut dicitur *L. 4. ff. de agn. & alend. lib. c. ult. dist. 87.* Pichl. *n. 3.* ait, fœminæ aliàs bonæ famæ licitum esse, loco tuto, & premente egestatè exponere infantem absque peccato, & absque infamiâ.

Resp. 2. Nomine *languidorum* veniunt omnes, qui gravi ac diuturno morbo, præsertim perpetuo & incurabili detinentur, quoad labores, negotia, alimenta quærendâ inhabiles sunt, in quacunq; demum ætate fuerint constituti.

Q. 2. Quanam pœna sit liberos suos injustè exponentium? Resp. 1. De *Jure Civili*, si infans fuerit extinctus, eo quod in loco periculoso, v. g. solitario esset expositus, est pœna Capitis. *Consist. Crimin. Carol. art. 132. in fine.* Consent, *Jus Palat. p. 5. Tit. 22.* ut talis exponens, morte infantis secutâ, vel capite plectatur, vel suffocetur aquis. Si verò mortuus non fuerit infans, pœna arbitraria obtineat. *l. cit. Pater*, si illicitè exponat proles suas, amittit potestatem patriam, nisi in quantum favorable est infanti *c. un. h. t. L. 2. 3. 4. C. cod.* Idem de servis propriè dictis, si languidi sint, & exponantur, dicendum, quod hi statim in libertatem & ingenuitatem transferantur *cit. c. un. De Jure Can.* obtinet.

in

in taliter exponentes pœna arbitraria. *Exp.*
h. n. 2.

*Q. 3. Quis teneatur alimentare & educare
 infantes expositos? Resp. 1.* Si ignorentur eorum
 parentes, & in loco, ubi reperti fuerint tales
 infantes, existat hospitale vel brephotrophium
 ejusmodi piis officiis erectum, illud eos teneatur
 suscipere & alere. *Leur. h. t. n. 221.* his defi-
 entibus Ecclesia, & hac non habente sufficientem
 redditus, Communitas loci. *Pichl. h. n. 3.*

Resp. 2. Qui tamen talem, talésve infantem
 suscipit & sustentat, nihil propterea in eos acqui-
 rit juris. *cit. c. un. L. 3. C. h. t. L. 24. C. de Episc.*
audient. Potest nihilominus suscipiens & alens
 expositos, si parentes resciantur, sintque taliter
 habentes, repetere ab iis expensarum refusionem.
 Ratio quia nemo præsumitur, velle parentum
 vitum liberos alere, &c.

*Q. 4. Utrum infantes expositi habeantur pro
 legitimis? Resp. Aff.* si non sciatur eorum pater
 res. arg. *c. un. h. t.* in quo cap. liberantur eorum
 à potestate patria, quæ non nisi in legitimis
 cum habet. Deinde, quia subinde expendantur
 legitimi, quibus ne fiat præjudicium, legiti-
 mas omnibus conceditur. 2. Ad officia
 Dignitates, & Canonicatus, in quibus certum
 requiritur nobilitas, tales non admittuntur.
 Vide *Pichl. h. n. 7.*

*Q. 5. An & qualiter Dominus famulo agri-
 colæ teneatur providere de necessaria curâ? Resp.*
 Ratione famulatus tenetur talis dominus famulo
 agri-
 colæ

egrotanti suppeditare alimenta, & tenues saltem expensas facere in Medicos & pharmaca. Schmalzgr. *h. n. 21.* Ad majores expensas tenetur Dominus ex *charitate*, si ipse dives, famulus pauper sit. Ratio, quia quilibet tenetur alteri in extrema vel gravi necessitate constituto de sibi superfluis subvenire.

Resp. 2. Tenetur insuper Dominus famulo egrotanti mercedem dare integram pro illo anno, quem servire incepit. *L. 38. ff. locat. L. 1. §. 13. ff. de var. & extraord. cogn. L. 15. C. de Advoc. div. jud.* Ratio, quia in locatione operarum seu factorum merces etiam datur pro ipsa obligatione serviendi. Vid. Gail. *L. 1. Obs. 44. n. 12. & L. 4. §. 5. ff. de statu liber.*

TITULUS XII.

De homicidio voluntario vel casuali

Q 1. *Homicidium quid sit & quotuplex?* *Resp.*
 1. Est violenta exanimatio hominis, seu separatio animæ à corpore, facta ab homine. 2. Juxta rubric. Tit. præcipue dividitur in voluntarium & casuale. *Voluntarium* est, quod vel per se & directe, ac expresse intenditur, ut dum alterum pugione petis, animo illum occidendi, vel quod citra intentionem quidem committitur, positâ tamen causâ, directe volitâ, ex quâ moraliter certò mors alterius secutura prævidetur, ut si mulier prægnans conculcatur pedibus, ut inde

Liber V.

D

fœtus

fœtus animatus moriatur. Voluntarium dividitur in *justum & injustum*, sive *illicitum*; hoc in *simplex & qualificatum*; qualificatum est vel *offensivum*, vel *proditorium*, vel *insidiosum*, vel *veniosum*; quod pertinent *parricidium*, *latrocinium*, *homicidium*, *crilegium*. *Casuale* est, quod nec directè nec indirectè intenditur, fierique potest *sine culpa*, *et cum culpa*. *Sine culpa* fit, dum quis quid facit, ex quo occisio sequitur, nullo modo vel prævidit vel voluit, ut si quis feram in silva petat, & hominem casu intervenientem tangat. *Cum culpa* fit, si quid fiat, unde prævideri potuit alterum posse occidi, & tamen, quo minus contingeret, debita diligentia non fuit adhibita.

Resp. 2. Aliter Civilistæ dividunt homicidium, scilicet in *Necessarium*, quod fit vel auctoritate publica, vel etiam privatâ ad sui necessariam defensionem cum moderamine inculpatae tutelæ. *Dolosum*, quod fit dolo malo, sive animo & intentione occidendi. *Culposum*, quod committitur absque tali intentione & dolo, culpam tamen involvit. *Casuale* propriè dictum, quod committitur omnem vel directam aut indirectam intentionem & citra omnem culpam merè fortuito & casu accidit.

Q. 2. Quinam constituentur rei homicidii in justum? Resp. 1. Occisor alterius, licet id fiat in ira, iracundiæ. *L. 16. §. 2. ff. de pœn. Constit. C. art. 137.* vel sit semi-ebrius, quia & talis retinet usum rationis. Vel etiam si plenè sit ebrius, modo non eâ se intentione inebriasset, quò redderetur homicida.

daclior; quia tali homicidium esset voluntarium in
 causâ. Item reus est homicidii, ut culpam, & pœ-
 nam (hanc tamen mitiorem) incurrat, qui filiam
 in adulterio deprehensam vel adulterum in fla-
 granti occidit. Patet ex damnata ab Alex. VII.
 propositione 19. *non peccat maritus occidens pro-
 pria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam.*
 Ratio, quia nulli privato dominium competit in
 vitam & necem alterius. Unde & sequitur,
 reum homicidii iniusti effici, qui vel servum pro-
 prie dictum, vel judæum & infidelem vel se ipsum
 directè occidit. Num & quando licitum vel il-
 licitum sit occidere Bannitum. habet Leur. ad h.
 t. à Q. 245.

Resp. 2. Damnatae sunt præterea seqq. propo-
 sitiones in hac materia. 1. ab Alex. VII. damna-
 ta est propositio 18. *Licet interficere falsum ac-
 cusatorem, falsos testes, ac etiam Judicem, à quo
 iniqua certè imminet sententia, si aliâ viâ non potest
 innocens damnum evitare.* 2. ab Innoc. XI. pro-
 positio 31. *Regulariter occidere possum furem pro-
 pter conservationem unius aurei.* Propositio 32.
*Non solum licitum est defensione occisiva defendere:
 qua actu possidemus, sed etiam, ad quæ jus inchoa-
 tum habemus, & quæ nos possessuros speramus.* Pro-
 positio 30. *Fas est, viro honorato occidere invaso-
 rem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc
 ignominia vitari nequit.* Ab Alexandro VII. propo-
 sitio 17. *Est licitum Religioso vel Clerico calumnia-
 torem gravia crimina de se, vel de Religione sua
 spargere minantem occidere, quando alius mo-
 dus*

clus defendendi se non suppetit, aut suppetere non videtur.

Q. 3. Quando occisio excusetur à culpa & po-
nâ? Resp. 1. Scelerati & Reip. noxii licitè à Ma-
gistratu habente merum Imperium ad mortem
condemnantur, & per Ministros justitiæ occiden-
tur, modò juris ordo fervetur delictique gravitas
id postulet. Exod. 22. Rom. 13. v. 4. can. de
caus. 23. q. 4.

Resp. 2. Licitè etiam occiduntur à Ducibus &
militibus in bello justo, sive sit offensivum, sive
defensivum tantùm; nocentes tamen solum &
arma fumentes directè. Ratio, quia si bellum
licitum, licita pariter esse debent media, per quæ
geritur bellum, ergo. Imo hostes devicti, capti
& arma deponentes regulariter non amplius oc-
ciduntur licitè. Reiffenstuel h. n. 74.

Resp. 3. Licitè insuper occiditur aggressor
justus sive formaliter sive materialiter talis res-
pectu vitæ & membrorum propriorum; & aliorum
rum scil. parentum, fratrum, & quorumcumque
Ratio, quia omni jure licitum est vim vi repelle-
re tam respectu sui, quàm proximi, quem ad
ipsum oportet diligere: modò tamen semper la-
vetur moderamen inculpatæ tutelæ. c. 1. d. de
quod requirit causam justam, hoc est, ut ag-
gressio actualis injusta præcedat: modum, ut aliter
evitari non possit, sitque defensio aggressoris
justæ proportionata: tempus, ut fiat in continen-
An realis aggressor famæ & honoris possit occidi

occidi, habet Leuren. *h. n. 242.* an & quomodo
 inuasor bonorum temporalium. *n. 243.*

Resp. 4. Licita quoque, siue non peccaminosa
 est occisio alterius merè & propriè casualis. Per
 se patet, & sumitur ex *c. 9. 13. seq. c. 22. 23. fin.*
& Clem. si furiosus. h. t. 2. Fit tamen illicita, si
 accedat aliqua culpa, eaque si sit Theologica in
 foro etiam conscientiae, si Juridica, in foro saltem
 externo. arg. *c. 7. & 8. h. t.* & ratio est, quia sic
 censetur aliquo modo voluntaria occisio. 3. Si-
 quis operam dederit rei cuiusdam illicitae, quae ta-
 men prohibita non est tanquam periculosa, aut
 facilè inductiva homicidii, occisio secuta præter
 intentionem adhibitaque sufficienti diligentia ca-
 ret omni culpâ & pœnâ, quia *merè casualis* repu-
 tatur; si autem actio sit prohibita, quia periculo-
 sa & facilè inductiva homicidii, pro foro saltem
 externo censetur homicidium præsumptivè vo-
 luntarium in causa, nisi casus necessitatis excuset.

Q. 4. Quanam pœna in homicidas statuta sint?

Resp. 1. Pœna homicidii dolosi à quocunque per-
 petrati, de *Jure Civili* est ultimum supplicium,
 subinde gladius, si simplex est, subinde rota pro
 qualitate circumstantiarum delicti. *Constit. Crim.*
Carol. V. art. 137. Consentit *Jus Palatin. p. 1. tit.*
16. von Straff des Todschlags & 17. von Straff
des Mords. Culposi pœna est extraordinaria,
 prout culpa vel lata, vel levis est. 2. Tenetur
 quoque injustus occisor (idem de mutilatore di-
 cendum) ad compensationem damnorum illis
 præstandam, qui ex tali homicidio per se & di-

rectè læsi sunt. Ratio, quia id exigit justitia commutativa, ut resarciatur damnum omne cum peccato mortali injustè datum; & quidem ante omnem judicis sententiã, si dolosum fuerit homicidium, aut ex culpã latã cum peccato gravi conjunctã commissum. Vid. Engel *h. à n. 36.*

Resp. 2. Pœna homicidii injusti à laico perpetrati *de Jure Canonico* est excommunicatio ferendæ sententiæ. *can. 20. caus. 24. q. 3.* à Clerico commissi depositio ab omnibus beneficiis & Ordinibus; & ubi depositus se non correxerit, excommunicatio, dein anathematizatio, demum degradatio & traditio Curie sæculari. *Relinquitur h. t. à n. 21.* Demum & Clerico & Laico homicidie statuta est irregularitas, ita ut, licet homicidium sit occultum, Ordines laicus suscipere, Clericus in susceptis nequeat ministrare absque dispensatione S. Pontificis. *c. 21. de Accusati. post Gloss. ibid. v. si homicidium. Clem. un. h. t. Sess. 14. c. 7. & Sess. 24. c. 6. de reform.*

Q. 5. Quinam in specie irregularitatem ex delicto contrahant, & qui non? Resp. 1. Irregularitatem hanc, ex delicto dictam, ipso facto incurret qui committit homicidium *culposum* cum culpã latã & mortaliter peccaminosã. *c. 7. & 8. de Irregularitatibus.* Ratio, quia irregularitas propter delictum incurrenda rationem pœnæ, ejusque gravis habet, & delictum debuit grave fuisse. *2.* Multo magis, qui committit homicidium *dolosum* ipso facto occidendo, sive directè, sive indirectè, sive physicè & moraliter simul, sive tantum moraliter

mandando scil. consulendo, consentiendo concurrat, item sive positivè aut negative, scil. non impediendo, dum ex justitia tenebatur. *c. 4. & seq. Dist. 50. Clem. un. h. t. & c.* 3. Etiam is debet se pro irregulari gerere, & pro irregulari haberi, qui dubitat, utrùm homicidium, quod factum esse constat, contigerit suâ culpâ, &c. *c. 12. & 18. h. t.* 4. Imò is etiam efficitur irregularis, qui mutilat, id est, truncat aut amputat membrum propriè dictum sui aut alieni corporis *c. 4. & seqq. Dist. 55. c. 5, Ne Cler. vel Mon. c. fin. h. t. in 6.*

Resp. 2. Non incurrit irregularitatem, neque ex delicto, neque ex defectu lenitatis Christianæ, qui tanquam furiosus, amens, infans, dormiens, aut merè casualiter, aut se defendendo contra aggressorem injustum vitæ membrorum, bonorum, alterum occidit. *Clem. un. h. t. & c. 13. eod.* Regula generalis hæc est, quam tradit Palao *de Cens. d. 6. p. 15. n. 9. quicumque privatâ autoritate licitè occidit, irregularis non est.* 2. Nec irregularis est, qui purè ratihabet homicidium anteceden- ter commissum. *Suar. Covarr.* nec mandans aut consulens, si mandans revocet, aus consulens no- vis rationibus enervet priores suasivas homicidii. Ratio, quia sic cessat mandans aut consulens esse causa moralis homicidii.

Q. 6. Quinam ex defectu lenitatis Christianæ contrahant irregularitatem? Resp. 1. Qui autori- tate publica concurrunt propinquè ad occisionem aut mutilationem, licèt justè, sanctè & licitè agant,

agant, irregulares fiunt. *can. 1. dist. 51. can. 21. & 29. caus. 23. q. 8. c. 5. & 9. Ne Cler. c. 21. b. 1. & c. 2. eod. in 6.* tales sunt *Judex, Assessor, Consiliarii, Accusator, ad vindictam publicam, Advocatus* stans contra reum, *Notarius, Ministri justitia*: à multis *testes* excusantur. Immunes etiam sunt ab irregularitate *S. Pontifex; Inquisitores hæreticæ pravitatis*, licet aliquem jubent occidi; *Episcopi jus gladii* habentes, si vel constituent judices in causa sanguinis, vel mandent justitiam administrari, etiam circa particularem personam: *Judex Ecclesiasticus* tradens Curie seculari; *Confessarius* renuens absolvere judicem, detrectantem ferre sententiam mortis; *Profesor* explicans *LL. Civiliter* de crimine conveniens; *opifices* gladium aut furcam conficientes; *spoliatores* etiam Clerici, aut si *infidelis*, utpote non subjectus Legibus Ecclesiæ, quoquo modo occurrat,

Resp. 2. Irregularitatem etiam incurrit, ex defectu scil. mansuetudinis Christianæ, qui in bello justo offensivè per se ipsum, vel proprio factu mutilat. *c. 1. dist. 51. c. 24. h. t. c. 3. de Cler. perag.* Imo etiam is, qui prudenter dubitat, cum propria manu quempiam occiderit. *c. 24. cit. in bello* vero injusto omnes cooperantes & participantes, licet unus tantum fuerit occisus aut mutilatus.

Q. 7. Quis dispensare possit in irregularitate?
Resp. 1. Regulariter solus *S. Pontifex* dispensat quia hic est supra jus Ecclesiasticum, quo irregulari-

laritas introducta est. 2. Episcopus tamen etiam in irregularitate hac potest dispensare, si delictum sit occultum, & necdum ad forum contentiosum deductum, v. g. mutilatio; aut si sit, homicidium hoc non fuerit plenè & perfectè voluntarium, quale foret casuale cum culpâ gravi. Trid. Sess. 24. c. 6. de ref. 3. Prælati Regularibus vi specialis privilegii competit potestas, cum suis subditis dispensandi in eâ etiam irregularitate, quæ est ex homicidio plane voluntario, injusto, occulto, & justo ex defectu lenitatis. Schmalzg, h. n. 266.

TITULUS XIII.

De Torneamentis,

Q. 1. *Torneamenta quid sint & quotuplicia?*
Resp. Torneamenta germanicè *Eburnier* sunt nundinæ, seu feriæ & hastiludia, aut solennes pugnæ equestres, quibus milites, vel, ut olim in Germania, Nobiles equestri Ordinis ex condito convenire, & ad ostentationem virium ac animositatis suæ congregari solebant. c. 1. h. t. & AA. comm. Fiebant vel temerè hastis, habentibus acutas sibi cuspides præfixas, aliisque armis ad infligenda vulnera expeditis, vel adhibitâ cautelâ, v. g. hastis cuspidibus carentibus. Torneamentis affines sunt *Agitationes Taurorum*.

Q. 2. *An & sub quibus pœnis torneamenta sint prohibita?* *Resp.* Torneamenta primi generis licet

D 5

fortè

fortè jure veteri Civili permiffa fuiffe videri
 fiunt. arg. *L. 7. §. 4. ff. ad L. Aquil. L. 2. ff. de alicuius*
Jure tamen novo Codicis L. unic. C. de gladiis
Libr. 11. & præcipuè Jure Can. c. 1. & 2. b. 1. pro-
hibita fiunt sub pœnis aliàs in homicidas statuta
refpectu eorum, qui occidunt, & sub pœna pri-
vationis fepulturæ Ecclefiafticæ in eum Locum
qui ibi occubuit. Posterioris generis torneame-
ta pariter olim prohibuerat Clemens V. Concilii
Passiones. idque ob immodicos fumptus; Con-
tentionem, tamen illam, & cenfuras in eâ conten-
tas ad instantiam Regis Galliæ & Principum Ger-
maniæ Joannes XXII. in Extrav. un. h. t. remoca-
vit; unde hodie tum torneamenta, Ludi eque-
ftres, modò fiant cum moderatione, licent Lib-
eris? Clericis enim adhuc hodie interdita fiunt,
quia referunt fpeciem exercitationis bellicæ. De-
cret. Conc. Herbipol. tempore Honorii IV. ca. 4.
& Conc. Salisburg. pœnam Excommun. in Ca-
ricos fecundi tantùm generis torneamenta ex-
centes ftatuunt. Quod de torneamentis, tum
de agitationibus Taurorum dicendum, hæc præ-
cipue fi fiant temerè & cum periculo vitæ, S. P.
V. fub pœna excommunicationis contra Do-
ctores permittentes tales agitationes, & fub pœ-
na privationis fepulturæ Ecclefiafticæ contra illas
decedentes, prohibuit.

Tl.

TITULUS XIV.

De Clericis pugnantibus in Duello.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit Duellum?* *Resp.* 1. Græcè *Monomachia*, latinè *duellum* sic dictum, quasi bellum duorum, est singularis pugna duorum inter se ex condicito suscepta. Explicatius & in ordine ad incurrendas pœnas ex Gobat duellum describit Pichl. *h. t. n. 1.* quòd sit certamen singulare ex privatis causis, & ex condicito ab utraque parte deliberatè susceptum, designato tempore & loco ad occisionem, mutilationem, aut gravia vulnera infligenda,

Resp. 2. Aliud est *Solenne*, quod fit servata certâ formâ & solennitatibus, adhibitis scil. patrinis seu secundantibus, missis literis provocatoriis, in loco securitatis privilegio munito. *Privatum* est, quod fit quidem ex condicito, & loco ac tempore statuto, citrà tamen solennitates alias quoad loci securitatem aut adhibitionem patrinorum.

Q. 2. *An & quale duellum sit illicitum?* *Resp.* 1. in genere Duellum sive solenne, sive privatum regulariter loquendo illicitum & prohibitum est jure naturali & divino, jure humano Civili *L. un. C. de gladiat. Libr. 11.* & jure Canonico *c. 1. & 2. h. t. &c. Trid. Sess. 15. c. 19. de ref. Constit. Julii II. Leonis X, Pii IV. Gregorii XIII. Clem. VIII. Alexandri VII.*

Resp. 2.

Resp. 2. in specie. 1. Illicitum est duellum respectu acceptantis aequè ac offerentis, quod inquitur ad manifestationem veritatis, probationem innocentiae, purgationem criminis. 2. Multo magis illicitum est, quod suscipitur vel ad ostentandam animositatem, aut peritiam duellum vel ad oblectandos spectatores, vel ad vindictam injuriam privatam, aut determinandam legem Civilem. Ratio, quia quoad omnia haec duellum non est aptum medium, exponit periculo vel vita propria, vel justitia causae, sine qua viae aliae ad finem obtinendum. 3. Imò et illicitum est duellum, eâ conditione inquit, ut si alteruter sit vulneratus, aut post certum congressuum vel ictuum numerum cessent; quia hoc periculosum est quoad vitam; item quod si sine suscipitur, aut absque animo se vulnerandi, sed tantum Legibus duelli satisfaciendi; quibus dandum præbetur, & prohibitum est duellum omnino etiam non fatale, à Clemente VIII.

Resp. 3. Illicitum est omni jure acceptantem multo magis offerre duellum, ob punctum honoris, seu dum quis videt, se casu quo illud suscipit, non modicam incurrere infamiam. Decretum ab Alex. VII. 24. Sept. 1665. propositum cuncta sic habet; *Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditate apud alios incurrat.* Ratio, quia acceptatio duelli nec defendendi honoris necessarium medium est, nec idoneum. Interim tamen ceterum ex P. Seybold in *Dicaomach. suap. 2. Sect. 2.*

§. 1. n. 14. refert Pichl. b. t. n. 8. quo liceat ad honoris sui defensionem acceptare vel etiam offerre duellum, si scilicet recusans periclitaretur de amittendo officio, statu, dignitate, ex qua sustentatio statui competens dependeat. Ratio, quia hoc casu non ageretur præcisè de puncto honoris, sed talis injurians foret perpetuus aggressor in rebus fortunæ magni momenti aliter, ut supponitur, non recuperabilibus; propter quam causam natura & Leges permittunt defensionem etiam occisivam.

Q. 3. Quibus casibus licitum sit, & honestetur duellum? Resp. I. Si duo rei ad mortem à Principe sint condemnati, eisque indicatur duellum, ut ei, qui superstes manserit, vita condoneur, illicitè quidem agit Princeps, cum talis oblatio duelli speciem quandam crudelitatis habeat, ipsi tamen rei facultatem sibi à Principe factam licitè exequentur. Ratio, quia à Jure naturali alienum non est, reum unum alterius constitui ministrum. 2. Si assumatur ob bonum Reip. v. g. ad finiendum bellum, bellique calamitates, & decidendam Principum controversiam, multorum aliàs sanguine vix terminandam. Exemplum plura S. Literæ & Historia profana suppeditat. 3. Si suscipiatur ad defendendam vitam vel bona, ut si quis intentet certam mortem, direptionem bonorum, incendium, nisi cum ipso duello congregiariis, ex supposito, aliam rationem hæc defendendi non apparere. Ratio, quia hoc casu acceptatio vel oblatio duelli est potius prælatio

tie

tio minoris mali, quam invitatio ad malum
 acceptatio periculi dubii ad evitandum damnum
 certum. Nec paritas est cum acceptante da-
 tum præcisè ad punctum proprii honoris
 dum. 4. Ob defensionem honoris divini, Re-
 gionis, boni communis, dum quis à blasphem-
 profanatione rerum sacrarum, persecutione
 desistere non vult, nisi duellum cum ipso in-
 licitè item duellum acceptatur. Ratio, quia
 num commune honoris divini, Religionis,
 Reip. multò pluris æstimandum, quàm
 vitæ propriæ &c.

*Q. 4. Quanam pœna illicitè duellantibus im-
 tata? Resp. 1. Duellum propriè dictum est
 Civili, si provocans occiderit provocatum, pe-
 nitur pœnâ Legis Corneliæ scil. gladii; si pro-
 catus provocantem occiderit, mitius pœni-
 pœnâ nimirum extraordinariâ, quia ignoscitur
 ei, qui provocatus se ulcisci voluit, ut
 L. 14. §. 6. ff. de Bon. libert. L. 4. C. ad Leg.
 de adult.*

*Resp. 2. De Jure Can. Conc. Trid. Sess. 25.
 c. 19. de ref. sequentes pœnas statuit verbis
 Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones,
 Comites, & quocunque alio nomine Domini
 rales, qui locum ad monomachiam in terris
 ter Christianos concesserint, eo ipso sint excom-
 cati, ac jurisdictione ac dominio civitatis, castri,
 loci, in quo vel apud quem duellum fieri poterit
 quod ab Ecclesia obtinent, privati intelliguntur
 si feudalia sint, directis Dominis statim accipiantur*

tur: qui verò pugnam commiserint, & qui eorum patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiae penam incurrant, & ut homicidæ juxta Ss. Canones puniri debeant. Et si in ipso conflictu decesserint, perpetuò careant Ecclesiastica sepulturâ. Illi etiam, qui consilium in causa duelli, tam in jure, quam facto dederint, aut aliâ quacunque ratione ad id quemquam suaserint, nec non spectatores, excommunicationis & perpetuæ maledictionis vinculo teneantur; non obstante quocunque privilegio, seu prava consuetudine etiam immemoriali. Hæc Trid. Postmodum Gregor. XIII. in Bullâ; *Ad tollendum*. extendit easdem pœnas ad duella privata, dum Trid. non erat locutum nisi de publicis. Clemens VIII. ita extendit in Bulla: *Illius vices*. ut absolutionem Sedis Apostolicæ reservaverit. Demum ulteriorem Constit. Trid. explicationem videre licet apud Pichl. *h. t. n. 10.* Reiffenst. *h. t. n. 41.*

Resp. 3. Clericus tam provocans ad duellum, quàm acceptans oblatum præter pœnas communes illi cum Laicis duellantibus juxta Bull. Pii IV. quæ incipit: *Ea, quæ à Prædecessoribus*. incurrit privationem beneficiorum & inhabilitatem ad illa; & licet olim juxta *c. 1. h. t.* solum per sententiam fuerit deponendus, hodie tamen tam privationem & inhabilitatem, quàm excommunicationem & infamiam ipso facto incurrit. Engel *h. n. 4.*

TI.

TITULUS XV.

De Sagittariis.

Qui. *Quinam hic veniant nomine Sagittari-
rum, & quid jura circa illos statuantur?*
ad 1. *Sagittariorum nomine* verunt, qui cum
arcubus unâ vice plures sagittas, & nomine *Sagittari-
orum*, qui ex ballistis seu catapultis sicut
verant dextrè jacere in hostem, cum strage
tium, vel etiam cum dejectione murorum. *Et*
hodie successerunt, qui ex Tormentis & mor-
tariis bellicis globos, glandes, pilas in castris
hostium arces sciunt ejaculari.

Resp. ad 2. Olim uti arte ex arcibus Sagittari-
um aut ex catapultis lapides ejaculandi, & hodie
arte tormentariâ pro hostibus Christianis
v.g. pro Turcis contra Christianos, vel etiam
tem hanc docere tantum infideles, prohibetur
c. un. h. t. & quidem sub pœna latae & reat
excommunicationis. *arg. c. 6. de Judais. c. 1. de*
Cœn. Ratio de tormentis est, quia horum
Sagittis & ballistis successit. Non autem
prohibetur in bello justo ejusmodi armis
Christianos contra infideles, aut Christianos
Catholicos contra se invicem. *can. 2. cap. 2. de*
modò artes illicitæ, quales forent incantationes
& superstitiones, aut venena non adhibenda
certius hosti nocendum.

TITULUS XVI.

De adulterio & stupro.

Q. 1. De quibus agatur in presenti titulo? *Resp.*
 Post homicidium, quo corpus & vita pro-
 ximi læditur, transit Compilerator ad ea delicta,
 per quæ proximi vel thorus vel pudicitia viola-
 tur; & licet rubrica duas tantum habeat partes,
 de adulteriis unam, alteram de stupro, solent ta-
 men AA. hic etiam tractare de aliis delictis carnis,
 fornicatione, concubinato, incestu &c. Reiffen-
 stuel §. 3. Schmalzgr. §. 1. 4. & 5. h. t. &c.

Q. 2. Quid & quotuplex sit adulterium?
Resp. I. Proprie sumptum est carnalis ad alie-
 nam vi conjugii non suam accessio, cumque eã
 conjunctio, quã fides & thorus conjugalis viola-
 tur: vel brevius juxta *can. 2. caus. 36. q. 1.* est
 voluntaria violatio alieni thori. Continet dupli-
 cem malitiam, luxuriæ scil. & Injustitiæ, quæ con-
 sentiente etiam alterâ parte non tollitur, cum
 adhuc inferatur injuria DEO auctori naturæ, qui
 vinculo indissolubili conjugem utrumque astrin-
 xit. Innoc. XI. damnavit hanc propositionem:
*copula cum conjugata, consentiente marito, non est
 adulterium, adeoque sufficit dicere in confessione, se
 esse fornicatum.*

Resp. 2. Dupliciter dividitur adulterium; si
 una coëntium personarum sit soluta, dicitur
simplex; si utraque sit ligata, *bilaterale* vel *duplex*
 vocatur. Committitur adhuc adulterium, licet

Liber V.

præ-

præcesserit divortium quoad thorum inter coges; quia vinculum matrimoniale durat licet sponsa, quacum peccatur, sit tantum præsentis, necdum cognita à viro suo; quia sponsalia de præsentis verum constituunt matrimonium; non autem committitur adulterium propriè tale à soluto cum sponsa alterius de futuro. Ratio, quia adulterium est violatio alieni thori quod in casu posito non fieret.

Q. 3. *Quinam accusare vel accusari possunt in adulterio?* Resp. ad 1. Licet aliqua dicta sint in tit. 18. Libr. IV. Decretal. Q. 3. notanda sunt tamen seqq. 1. Super adulterio agere debet in ordine scilicet ad lucranda dotem, vel dote non propter nuptias, permittitur soli marito & uxori marito verò & liberis legitimis ad petenda hereditaria pro prole spuria ab adultero & adultera & ut excludatur hæc à successione paterna suo modo etiam à materna. Ratio, quia in hoc in suo interesse læsi sunt. In ordine ad dotem solus agit conjux innocens; quia in hoc solius favorem concessum est à jure divortio. Vide Pichl. h. t. n. 5. & n. 6. ubi resolvitur, an minam quæ concepit & peperit ex adulterio teneatur ordinariè marito vel spurie proli dote suam aperire, ut viro caveatur damnum ex illa prole adulterina, reliquis liberis legitimis successione hæreditaria oriturum. Rationem quia si revelaret marito, subiret periculum mortis vel exprobrationis perpetuæ; si prole adulterina, hæc non teneretur credere, etiam si

mater, aut in articulo mortis constituta assereret.
 2. Ad accusandum criminaliter adulterium ante omnes admittitur maritus. *L. 2. §. 8. ff. ad L. Jul. de adult.* & vice versa uxor de jure Canonico. *can. fin. caus. 32. q. 5.* quam Juris Can. dispositionem securus est Carolus V. *Constit. Crim. art. 120.* Post maritum nolentem accusare admittitur pater adultera, post hunc consanguinei, his negligentibus quilibet de populo, modò mas sit & 25. annis major. *L. 43. §. 10. ff. de ritu nuptiar.*

Resp. ad 2. Omnes adulterii rei aut rea, minores, senes, Clerici; Nobiles, & in dignitate constituti de hoc crimine accusari possunt, modò adulterium formale commiserint, *Leur. h. t. Q. 281.*

Q. 4. Quis sit judex competens in causa adulterii, & quomodo huic adulterium probari debeat?

Resp. ad 1. Si criminaliter ad pœnam sanguinis agitur, solus Judex Laicus; ut patet. 2. Si agitur criminaliter, sed ad alias pœnas, locus est præventioni, quia tum adulterium est delictum mixti fori *c. 8. de for. compet. L. 30. C. ad L. Jul. de adult.* 3. Si agitur civiliter vel mixtè ad divortium, solus Judex Ecclesiasticus est competens. *c. 5. de Procurat. c. 3. & 4. de divort.* ubi & notandum, vel per viam accusationis ut supra, vel per viam inquisitionis judicem respectu delicti hujus procedere posse.

Resp. ad 2. Sufficit & requiritur ad hoc, ut judex condemnare possit reum adulterii, si habeat

beat eas probationes, quæ faciant contra ream præsumptionem violentam & vehementissimam gentem, aut ortam ex talibus indiciis, ut certitudo moralis patrati delicti inducatur. *L. fin. de probat. c. 12. de præsumpt.* Ratio, quia adulterium nunquam ferè posset pœnâ ordinari puniri. Porro quænam in specie sint tales præsumptiones, vide apud *Leur h. t. Q. 285.*

Q. 5. Quanam pœnâ sint statuta adulterio?
 1. Pœna Criminalis de Jure divino pro V. T. est lapidatio tam adulteri, quàm adulteræ. *Levit. 24. v. 10. Joan. c. 8. v. 5.* Jure humano Civili, si olim obtinuerit tantum pœna deportationis, postea autem pœna gladii. *L. 30. C. ad l. p. de adult. & Constit. Crim. Caroli V. art. 110.* hæc tamen ferè nullibi in usu est, sed attendi debet ei cujusque consuetudo. Imò licet *Jure Pub. tit. 30.* in adulterio etiam simplici tam adulteri, quàm adulteræ pœna gladii aut suffocationis dicitur, id tamen per consuetudinem pariter derogatum. 3. Jure Ecclesiastico pœna criminalis adulterantis Laici erat Excommunicatio sententiæ. *c. 6. h. t. mulieris adulterantis, c. 19. de conv. conjug.* hodiè relinquuntur tantum laici Curia seculari. Clerici autem adulterantis deque adulterio vel confessi vel convicti de Can. pœna est, ut deponatur ab officio, ab ordine Clericali, à beneficio; privetur communicandis fidelium & Sacramentorum, collocetur in adulterio ad agendam totâ vitâ pœnitentiam.

Et seq. dist. 81. Sed & hæc detrusio exolevit, ei-
que successit incarcerationio, aut similis pœna, *sub-*
inde etiam pecuniaria. Deinde Clerico suspecto,
aut infamato de hoc crimine, indicenda est pur-
gatio Canonica. *c. 5. h. t.* Demum si quis Cleri-
cum cum matre, filia, vel sorore deprehensum
percutiat, excommunicationem non incurrit. *c. 3.*
de sent. excomm.

Resp. 2. Pœna Civilis constituta contra adul-
teros est, quòd innocens possit agere ad divor-
tium, quoad thorum scil. *c. 2. 4. 5. de divortiis.*
& secundum dicta, ad alimentationem prolis
adulteræ, & 2. Quòd adultera amittat dotem,
quam maritus innocens latâ sententiâ lucratur.
c. 4. de donat. inter vir. & ux. l. 8. §. 4. & seq. C.
de repud. 3. Quòd vir adulter perdat donatio-
nem propter nuptias, eamque uxor innocens lu-
cretur. *l. 8. cit.* 4. Causas excusantes à pœnis
adulterii tam Civilibus quàm Criminalibus recen-
set Leur. partim *Q. 288. h. t.* partim *Q. 289. eod.*

Q. 6. Quid sit stuprum & quotuplex? Resp. 1.
Stuprum propriè sumptum est Virginis nondum
corruptæ, vel viduæ honestè viventis illicita de-
floratio, nullâ præcedente pactione conjugali.
§. 4. Inst. de publ. Jud. Proprièssimè sumptum est
defloratio Virginis illicita, dum non præcessit pa-
ctio conjugalis. *can. 2. caus. 36. q. 1. §. stuprum.*
2. Duplex est, violentum, vel voluntarium.
Violentum, quo virgo vel vidua honesta per vim
opprimitur; *secundum quid violentum*, id est,
per insidias, fraudem, metum extortum conti-

net præter peccatum luxuriæ, etiam peccatum
 justitiæ, adeoque utrumque distinguitur à for-
 catione simplici. Stuprum voluntarium seu
 violentum est, quod inferitur virgini aut viduæ
 sui violationem consentienti.

Q. 7, Quæ pœna statuta stupro? Resp. 1. De
 Jure Civili attentatum punitur extraordinariè
 arbitrariè. L. 1. §. 2. ff. de extraord. crim. 2. Con-
 summatum, sed non violentum olim puniebatur
 publicatione dimidiæ partis bonorum in his
 stioribus, in personis autem conditionis rari-
 fustigatione cum relegatione. §. 4. Inst. de pu-
 Jud. hodie ex usu recessit hæc pœna, obiter
 que dicunt Jus Can. de quo statim. 3. Con-
 summati violenti pœna statuitur ultimum supplicium,
 scil. gladius L. fin. ff. de re milit. L. 1. §. fin. ff. ad L. Jul. de adult. Jus Palat. p. 5. tit. 1. §. 4.
 4. De Jure Canonico Clericus olim puniebatur
 positione ob officio. can. 44. caus. 2. q. 7. sed
 que tenebatur dotare puellam. arg. c. 1. h. t. hodie præter
 dotationem punitur arbitrariè. L. 1. §. 2. ff. de re milit. L. 1. §. fin. ff. ad L. Jul. de adult. Jus Palat. p. 5. tit. 1. §. 4.
 stuprator violententer oppressam vel ducere
 vel decenter dotare, c. 1. h. t. in quo dicitur
 tur, quod, qui seduxit virginem, eamque
 pressit, debeat eam dotare & uxorem habere. L. 1. §. 2. ff. de re milit. L. 1. §. fin. ff. ad L. Jul. de adult. Jus Palat. p. 5. tit. 1. §. 4.
 intelligitur disjunctivè juxta c. 2. h. t. juxta
 tamen Libr. IV. Decretal. tit. 1. q. 2. casus dicitur
 ubi deflorans determinatè defloratam ducere
 netur. Econtra & dantur casus, ubi ad ducendum
 tenetur stuprator, v. g. si femina liberè in
 lationem sui consensit: si liberè remisit dationem

dotis : si puella, etiam vi aut fraude violata, commodum postea matrimonium iniit. Vide *Leur. h. t. Q. 294.*

*Q. 8. Quid de aliis speciebus Luxuria consummata dicendum? Resp. Fornicatio simplex sive strictè sumatur, scil. pro concubitu soluti cum soluta, sive strictissimè pro concubitu soluti cum soluta jam deflorata, omni jure, divino & naturali, & humano positivo vetita est. Patet ex damnata ab Innoc. XI. Anno 1679. propositione hac: tam clarum videtur, fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, & solum esse malam, quia interdicta, ut contrarium omnino rationi dissonum videatur. Variè pro consuetudinibus locorum particularibus & statutis puniri solet. De concubitu dictum ad *Libr. 3. Decretal. Tit. 2.**

Resp. 2. Incestus, qui est concubitus inter personas consanguineas vel affines in eo gradu, in quo vi juris divini aut humani prohibentur inter se contrahere matrimonium, punitur gladio juxta art. 19. §. 21. Ord. Crim. Josephi I. quam hic n. 21. allegat Pichler, quem etiam vide num. seqq. de Sacrilegio, Lenocinio, Sodomia, bestialitate, mollitie, & à n. 25. de delictis luxuriæ non consummatæ differentem. Quid circa incestum statuatur Jus Palat. vide p. 5. tit. 32.

TITULUS XVII.

De Raptoribus, Incendiariis, & Violatoribus Ecclesiarum.

Q. 1. Raptus personarum quid sit, & qua pena raptoribus sint constituta? Resp. 1. De raptu in ordine ad matrimonium dirimendum, aliter est ad *Libr. IV. Decretal. Tit. 1. §. 3.* Q. 7. in ordine ad pœnas alias definitur raptus, quod sit delictum publicum, quo virgo aut alia mulier, sive soluta, sive ligata, honesta tamen & ingenua violentè abducitur de loco in locum mortali diversum libidinis exercendæ, aut etiam matrimonii cum eâ contrahendi causa. *Pirk. h. t. n. 1. Wiestn. n. 1. arg. L. un. C. de rapt. Virg.*

Resp. 2. Pœna raptui mulieris inhonestæ ventis de *Jure Civili* est tantum arbitraria, quæ raptus propriè non est; de *Jure* tamen *Canonico* & *Trid.* statutas pœnas talis raptus incurrit. Pœnas in raptos virginum, & aliarum sanctarum honestarum de *Jure Civ.* statutas videte ad *L. un. C. de rapt. Virg.* per quam parentes & propinquis licebat raptorem in raptu deprehensum, eique auxiliantes impunè occidere post fugam deprehensus & legitimè convictus raptor & Socii jubebantur ultimo supplicio affligi, quam pœnam confirmavit *Constit. Crim. A. 1171.* bona mobilia eorundem raptæ addicebantur, & matrimonium inter raptorem & raptam non poterat

terat consistere. Demum de jure Canonico antiquo licet potuerit inter raptorem & raptam matrimonium consistere per *c. fin. h. t.* raptor tamen efficiebatur servus mulieris, si eam invitam rapisset, patris autem, si consentientem quidem, sed patre reluctante abduxisset. *c. 3. caus. 36. q. 1.* raptor & ejus fautores excommunicabantur, si Laici essent. *can. 1. caus. 36. q. 2.* si Clerici, deponerentur à gradu & ordine Clericali. *can. 4. caus. 6. q. cit.* Quid jure novo Trid. statuatur, vide *Sess. 24. c. 9. de res. matr. & dicta superius ad Libr. 4. l. cit.*

Q. 2. Raptus rerum seu rapina quid sit, & quæ pena raptoribus constituta? Resp. 1. Rapina proprie sumpta est injusta rei alienæ mobilis aut se moventis per vim facta ablatio. Hodie ex *Constit. Carol. a 126.* est delictum publicum. Distinguitur ab *invasione*, quia res *immobiles* propriè invaduntur, non rapiuntur: à *furto*, quod committitur absque vi; à *concussione*, in quâ quidem *vi compulsiva* per metum, non *ablativa* intervenit, cum concussio sit delictum, quo alicui terror absque vi parata incutitur, pecuniæ v. g. extorquendæ causâ: à *prædatione* seu *viarum grassatione* (*robbaria* etiam dicta) quòd prædatio addat violentæ ablationi insidiosam aggressionem, cui aggressioni si accederet occisio, *latrocinium* diceretur: à *raptu* & *plagio*, quia raptus committitur, dum quis personam honestam per vim abducit &c. *plagium*, dum quis aliâ de causâ furatur hominem liberum vel servum, eumque ven-

E § dit,

dit, aut persuadet, ut filius à parentibus, servus à Domino aufugiat.

Resp. 2. Præterquam quòd raptor contrahit duplicem obligationem, unam, quæ ad reparationem damni tendit, ejusque gratiâ prodita sunt remedia persecutoria rei; alteram ad poenam quòd spectant remedia pœna persecutoria, ut dicitur *actio vi bonor. raptor. &c.* hodie, cum exiit recesserit *actio vi bonor. rapt. & furti.* responsa propriè dicti de *Jure Civili* puniuntur criminatim ter ex *Constit. Carol.* quæ juxta *art. 126.* est ubi supplicii, gladii scil. vel pro consuetudine loci. De *Jure Canon.* raptor est ab Episcopo loci, ubi contigit rapina, excommunicandus, & fruat satisfacere, mortuus caret sepultura Ecclesiasticâ. *c. 1. 2. 3. h. t. c. 2. de furt. Pyrat. resistentes mare ad ditionem Rom. Eccles. perit & qui bona Catholicorum in mari naufragium diripiunt, excommunicationem incurrent latae sententiæ, Bulla Cæn. casu 3. & 4. Seditatores viarum & latrones publici excluduntur asylo Constit. Gregor. XIV. Cum alias. & Constit. Benedicti XIII. Ex quo, edit. 6. Id. Junij 1721.*

Q. 3. Incendiarii qui dicantur, & qua poena? *Resp. 1.* Propriè dicti incendiarii sunt qui dolo & deditâ operâ sive scientes prodeum appposito igne urbes, domos, prædia, & aliâve bona aliena, per se vel per alios accendunt aut ad hoc mandatum, auxilium, consilium prestant.

Resp. 2. Jure Canonico incendiarii talia

communicandi sunt & privandi sepulturâ Ecclesia-
 ficâ, nisi ante mortem pœnituerint, & factâ pro
 modo facultatum damni reparatione absoluti fue-
 rint *c. 5. h. t.* obligatio satisfaciendi etiam tran-
 sit ad hæredes pro viribus hæreditariis *c. 5. cit.*
 per quod cap. Jus Civile statuens ex delicto de-
 functi non teneri hæredem, correctum est. De
 jure autem Civili ex *cit. Constit. Carol. art. 125.*
 & hodie in incendiarios propriè dictos pœna ignis
 statuta, Pœna incendiî non quidem *dolo* sed *cul-*
 pi facti pro modo culpæ est arbitraria; quod ne-
 gativè probatur, quia non reperitur in jure certa
 pœna. Locum tamen habet Actio Civilis ad re-
 paranda damna. *t. t. Inst. ff. C. ad L. Aquil. & c.*
in de injur. ad quorum reparationem tum modò
 quis ante sententiam judicis obligatur, si culpa
 Theologicè gravis subfit. Demum & illud ex
 Richl. *n. 8. h. t.* notandum, quòd si in cujusquam
 ædibus ortum sit incendium, non præsumi qui-
 dem *dolo* inhabitantium id factum, quia dolus
 non præsumitur, aliquam tamen culpam inhabi-
 tantium *in genere* præsumi, saltem levem vel le-
 vissimam. *L. 3. §. 2. ff. de off. Præs. Vig.* nullus au-
 tem *in particulari* absque indicis. Ulteriùs per-
 git, casu quo de nullo in particulari præsumptio
 culpæ emergat, nec Patremfam. nec alium com-
 pelli posse ad reparandum damnum, sed quoad
 hoc inter casus fortuitos incendium esse reputan-
 dum ex *L. 23. in fin. ff. 3. R. I.* Ratio, quia gra-
 ve adeo onus absque præsumptione moralem cer-
 titudinem faciente non imponendum. Quòd si
 vero

verò constat de alicujus culpa, tunc si ipse Patremfam. sit, esse ipsum conveniendum ab iis, qui damnum passi sunt, si verò servus, isque ex officio deliquerit, aut pro diligente semper habitus, Patremfam. non posse conveniri.

Q. 4. Quinam sint violatores Ecclesiarum, & qua illis pena statuta? Resp. 1. Violatores Ecclesiarum hic dicuntur, qui Ecclesias, aliisque loca Sacra & Religiosa violenter effringunt & spoliant. Fures Sacrilegi vocantur illi, qui citra effractionem & violentiam vel rem sacram de loco sacro, vel rem sacram de loco non sacro (vel rem non sacram de loco sacro juxta Jus Can. *ca. 2. l. 5. Sacrilegium. caus. 17. q. 4.*) auferunt.

Resp. 2. Hodierno Jure juxta Ord. Carol. art. 172. & seq. qui Hierothecam (die Monstrantia) cum hostiâ consecratâ abstulerit, etiam si sine effractione factum, jubetur comburi vivus: qui alius rem sacrum argenteum, cum vel sine reliquiis, cibum, patenam, alio mortis genere plectendus est. De Jure Canonico autem excommunicatione facta, & privatione sepulturæ, nisi satisfiat, *ca. 11. de sent. excomm. c. fir. de furt. c. 16. de for. cogn.*

TITULUS XVIII.

De furtis.

Q. 1. Quid & quotuplex sit furtum? Resp. 1. Furtum juxta Thom. D. 2. 2. q. 68. art. 3. est occulta acceptio rei alienæ, domino rationabiliter invito: vel aliquanto fusiùs, est contrectatio rei

si sive acceptio rei alienæ, vel usûs ipsius, aut etiam possessionis, lucri faciendi gratiâ. §. I. *Inst. de obleg. qua ex delict. L. 1. princ. ff. h. t.* Ex quâ utraque definitione sequitur, rem, circa quam furtum versatur, debere esse corporalem, alienam, actum *ad incurrendas pœnas* auferri, fieri contrectationem animo fraudulento & lucri faciendi gratiâ, & dominum debere esse rationabiliter invitum. Ulteriore explicationem vide apud *Leur. h. t. Q. 322.* Ratione *rei ablata* furtum varia sortitur nomina: si homo auferatur, *plagium*; si pecora et pascuis &c. *abigeatus*; si pecunia publica, *peculatus*; item si pecunia publica ab eo, cujus fidei erat commissa, dicitur *crimen de residuis &c.*

Resp. 2. Præterquam quod juxta dicta furtum dividatur in furtum *rei, usûs, possessionis*, aliud est furtum *manifestum*, aliud *non-manifestum*: ab *objecti quantitate* aliud *magnum*, aliud *parvum*: ratione *qualitatis objecti*, aliud *rerum sacrarum*, vel *sacrilegium*; aliud *publicum* scil. *peculatus, residuum* aliud; aliud *privatum*, de quo hic. Item ratione *adjunctorum* aliud est *diurnum*, aliud *nocturnum*; aliud *loci*, scil. in navi, caupona, stabulo perpetratum, aliud *infortunii*, tempore incendii, naufragii, ruinæ commissum: ratione *circumstantiarum* aliud est *simplex*, in quo circumstantiæ aggravantes non concurrunt, aliud *qualificatum* vel *periculosum*; aliud *primum*, aliud *reiteratum*.

Q. 2. Quando & per quem actum censeatur quis furtum committere? Resp. I. Non tantum is, qui rem alienam vel per se vel per alium auferat

in-

invito Domino, ut sibi acquirat, furtum committit, sed etiam is, qui citra voluntatem Domini (quæ vox hic latè sumitur) illam tantum tractat aut eâ utitur, §. 3. *Inst. de obl. qua ex del. hinc dominus* Creditori auferens rem oppignoratam. §. 14. *Instit. cit.* Creditor, si contra voluntatem domini, pignore; commodatarius, si commodato aliter, atque conventum, utatur, furtivus est. *L. 40. & 54. princ. ff. h. t. liberi*, si fraudulenter quid de rebus patris; uxor, de rebus mariti aliquid sublègat, licèt in tales actio furti non competat, furtum committunt: uti & is, qui rem furtivam scienter à fure emit. arg. *L. 1. & 5. C. h. t. & de Jure Can. qui beneficium Ecclesiasticum absque legitima institutione occupat. c. 54. de elect. & c. 18. de restit. spol.*

Resp. 2. Furti reus non est, qui videnti & scienti, itaque in ablationem consentienti rem auferat. arg. *can. 5. dist. 83.* nec is, qui præcisè furtivam non indicat, nisi ex officio publico id factum tenebatur. *L. 48. §. 1. ff. h. t.* nec ille creditor, qui debitori auferat tantum, quantum hic ipsi debet, modò hæc ablatio debitis conditionibus instructa, de quibus Schmalzgr, *b. n. 39.* nec inventor rei alienæ, dum rei inventæ dominus ignoratur, debitòque modo in rei inventæ dominum est inquisitum. Ratio, quia talis res censetur non amplius habere dominum, sed derelictam & naturalem libertatem esse consecuta. Nec furti reus est, qui in necessitate extrema, vel in extrema aliquid surripit. arg. *can. 26. dist. 5. de*

Consecr. Ratio, quia tali casu desinit res ablata esse aliena. Imo qui in tali necessitate constitutus rem abstulit & consumpsit, probabilius non tenetur, ad pinguiorem fortè sortem perveniens postea, restituere illam. Ratio, quia adversarii non probant res in extrema necessitate fieri communes *tantum sub conditione restitutionis*, sed dicendum *absolutè* fieri communes. Deinde talis est reputandus pro b. f. possessore, qui juxta comm. fructus b. f. consumptos irrevocabiliter suos facit.

Q. 3. *Quodnam dicatur furtum Theologicè & juridicè magnum?* Resp. 1. Furtum *Theologicè* censetur magnum, adeo ut inducat obligationem restituendi ante omnem actionem aut sententiam, si auferatur tantum, quantum requiritur ad sustentationem pro unâ die, congruam respectu ejus, cui auferatur. Ratio, quia meritò ab omnibus multum æstimatur, posse pro una die honestè subsistere, & cui tantum tollitur, verè censetur grave damnum pati & rationabiliter esse invitus, ergo.

Resp. 2. Furtum *juridicè* magnum & in ordine ad penas publicas, dicitur, si æquârit pretium, valorem & æstimationem s. solidorum, *Constit. Carol. art. 160.*

Q. 4. *Quæ actiones ex furto competant domino?*
 Resp. 1. Actiones *rei persecutoria*, ad rem ipsam scil. consequendam, sunt *actio ad exhibendum*, *rei vindicatio*, *condictio furtiva*, quarum duæ postremæ sunt actiones principales, & quarum una vel altera cum actione furti concurrat, & unâ cum
 hac

hac apud eundem iudicem institui potest. Lauterb.
ff. h. t. §. 34. & seq. *Rei vindicatio* est actio realis
& datur domino non tantum contra furem, sed
etiam contra quemcunque talis rei possessorem. §.
fin. *Inst. de obl. qua ex del.* *Condictio furtiva* est
actio personalis, qua repetitur res ipsa furto ablata,
si adhuc extet, & dicitur *condictio certi* L. 3. ff. de
Cond. furt. Competit soli rei furtivae Domino.
L. 11. ff. de *Condict. furt.* *Condictio furtiva in-*
certi, etiam non Dominis. L. 12. §. fin. ff. eod.

Resp. 2. Actio poena persecutoria est *Actio furti*,
qua non Dominis tantum, sed omnibus com-
petit, quorum immediatè interest, rem non fuisse
sublatam. §. 3. & 13. *Inst. h. t.* Dum oritur haec
actio ex furto *manifesto*, datur ad quadruplum
si ex *non manifesto* ad duplum; de quibus passim
Inst. & Lauterb. l. cit. Utraque tamen haec actio
videtur ex usu recessisse, & plerumque furum
hodie criminaliter punitur.

Q. 5. Quae poenae in furtum hodie sint statuae?
Resp. 1. Poena Criminalis pro foro Civili poena
Constit. *Crimin. art. 157.* est poena laquei. Con-
sentit. *Jus Palatin. p. 5. à tit. 42.* ubi tamen & tunc
conseq. pro qualitate & frequentia Furti, circum-
stantiis &c. vel mitigat, vel exasperat poenam.
Hic & illud notari oportet, quod res furtiva apud
furem reperta non Fisco applicanda, sed Domino
cui ablata, sit restituenda. L. 20. ff. de *Capto-*
L. 2. C. h. t. &c. It. quod, sive fur morte, sive poe-
na aliâ corporali punitus fuerit, resque etiam
num extet, Domino restitui debeat; si verò non
extet

extet amplius, neque fur, neque ejus hæredes ad aliquid teneantur per *Nov. 22. c. 20.*

Resp. 2. De Jure *Can.* fur notorius aut de furto condemnatus fit infamis, sicut infamis fit fur læicus condemnatus de furto in foro sæculari. *can. 17. caus. 16. q. 1.* adeoque & irregularis. arg. *can. 5. dist. 51.* & arg. à sensu contrario ducto ex *c. in. h. t.* Clericus in furto notabilis quantitatis deprehensus vel convictus deponendus est ab Ordine & officio Clericali. *can. 12. dist. 8.* depositio illa tamen verbalis tantum est, non realis. Si depositus non resipiscat, excommunicari, si & incorrigibilis evadat, Curia sæculari tradi jubetur *c. 10. de jud.* Pœnitentiæ antiquorum Canonum non sunt amplius in usu.

TITULUS XIX.

De Usuris.

Q 1. *Quid & quotuplex sit Usura?* *Resp. 1.* Usura in genere significat usum alicujus rei, in specie sumitur vel *pro contractu usurario*, qui definitur à Covarr. *Conventio dandi vel accipiendi lucrum aliquod temporale ultra sortem ex vi & causa mutui principaliter.* Vel sumitur *pro incremento ex contractu usurario proveniente*, & est lucrum immediate ex mutuo & ratione mutui præcisè proveniens tanquam debitum; & hæc dicitur *usura objective strictè sumpta sive merè lucratoria.* Nomine lucri autem intelligitur omnis res temporalis pretio æstimabilis, ex justitia indebita,

Liber V.

F

quam

quam mutuans ultra sortem præcisè ratione mutui tanquam debitam vel titulo justitiæ, vel gratitudinis specialis aut benevolentia exigit aut recipit. Vide Pichl. *h. n. 9.* Latè dicta est lucrum ex mutuo non præcisè vi mutui, sed vi alterius iusti tituli proveniens, potestque esse vel *Compensatoria*, quando aut lucrum cessans aut damnatione mutui emergens compensatur; vel *punitoria*, quæ ex adjecta contractui pænali stipulatione, ut puta, *si intra certum tempus non restituat*, solvitur.

Resp. 2. Dividitur insuper usura in *mentales & realem*, quam alii *conventionalem* appellant: hæc in *apertam*, seu *expressam & formalem*, & in *palliatam* sub specie scil. alterius contractus à mutuo distincti latentem. Rursus aliæ sunt usurae *Centesima*, aliæ *Bessales*, aliæ *Semisses*, *Quincunces*, *Quadrantes*, *Trientes*: aliæ demum *simplices*, aliæ *usura usurarum*: addunt alii, aliæ esse *usuras mordentes*, alias *non mordentes*.

Q. 2. Quanam & quo jure usura sit prohibita?
Resp. Merè Lucratoria prohibita est 1. *Jure Divino*. Levit. 25. Deutr. 23. Ezech. 18. v. 5. ff. de iur. v. 12. Luc. 6. v. 35. unde concludit Pontifex c. 4. h. t. quod *usurarum crimen utriusque Testamenti pagina detestetur*. 2. *Prohibita est jure humano Ecclesiastico*. patet t. tit. de usur. c. 1. & in 6. Canon. un. §. fin. eod. 3. *Prohibita est etiam Jure naturali*. Ratio, quia absque justo titulo aliquid exigere est accipere, qualis injustus titulus esset titulus mutui: aliquid ultra summum rei pretium exigere

re: ex re non amplius sua lucrum acquirere, est contra jus naturæ; quæ tamen omnia per usuram merè lucratoriam fierint. 4. Non tamen prohibita erat, sed permiffa *Jure Civili*, antiquo faltem, ut constat ex *L. 1. & 28. C. de usur. L. 29. ff. eod.* 5. Usura *punitoria* seu *moratoria* nullo jure est prohibita *c. 4. de arbitr. L. 14. C. de pact.* modò fraus & dolus absit, mutuarius verè sit in morâ culpabili & notabili, & pœna sit proportio- nata culpæ. 6. Usurâ etiam *compensatoria* non est prohibita, sed licet. Ratio, quia non accipi- tur aliquid ultra fortem præcisè vi mutui, sed ex aliis justis titulis; de quibus sit.

Q. 3. *Quinam sint justis tituli, ut quid supra for- tem accipi possit? Resp. 1. Lucrum cessans & da- mmum emergens*; quia in neutro casu aliquid exi- gitur vi mutui, sed ratione damni, quod subit mutuans ob mutuum datum; vel ratione caren- tiæ lucri, aliàs ex pecuniâ sua percipiendi. 2. *Peri- culum morale amittendæ sortis*; quia exponere rem suam periculo in gratiam alterius est pretio æsti- mabile. 3. *asscuratio sortis*, si creditor in se sus- cipiat periculum sortis, ita ut eâ amissa mutuarius ad nihil reddendum teneatur; quia & talis mo- lestia ac sollicitudo ex asscuratione resultans one- rosa est. 4. Probabiliùs etiam *statutum Magistratûs vel consuetudo* usuram lucratoriam minùs stri- ctè sumptam permittens, modò sit moderata, nec aliunde charitati repugnans. Ratio, quia sicut *Resp. per præscriptionem* dominium rei alienæ trans- fert à Domino in possessorem, ita omnino sufficit

dominium altum Reip. disponendi de rebus & bonis subditorum præfente causâ publicâ, quæles sunt plurimæ concedendi, ut §. pro 100. singulis annis accipiantur.

Resp. 2. Neque sola carentia pecuniæ, neque obligatio eam non repetendi ad certum tempus titulus sufficiens est aliquid petendi aut ultra sortem accipiendi. Ratio, quia carentia rei mutuatæ est quid intrinsicum ipsi mutuo, ratione mutui autem accipi nihil potest. Innoc. XI. 1679. damnavit hanc propositionem: *Cum numerata pecunia pretiosior sit numerandâ, & nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam præsentem, quam futuram, potest creditor aliquid ultra sortem à mutuario exigere, & eo titulo ab usurâ excusari.* Quomodo usura committi possit, aut non committatur, si adjectum sit pactum mutuo, ut res mutuata restituatur in eadem mensurâ & bonitate, licet pretium ejus creverit tempore restitutionis præfixo, vide apud *Leur. h. t. Q. 347.*

Q. 4. An debitor ex mutuo teneatur solvere usuras lucratorias promissas, & an possit repetere solutâs? *Resp. 1.* Debitor talis usuras mere lucratorias licet promiserit, solvere non teneatur ex præstitione, quia mutuans vi promissionis de re prohibita exigere & accipi factæ jus ad illas nullum potest acquirere. *2.* Si juratò promisit solvere usuras debitor, ex virtute Religionis tenebitur. *c. de jurejur.* potest tamen creditor adigi ad juramentum & consequenter ad usurarum solutionem relaxandam. *Reiffenst. h. t. n. 161.* *3.* Si forte...

usurarius vi juramenti solvisset usuras, possunt
 eæ etiam in iudicio repeti, & creditor ad resti-
 tuendum compelli *c. 6. cit.* Imò etiamsi quis ju-
 rasset, se non repetiturum usuras solutas, potest
 tamen & debet iudex usurarium compellere ad
 restitutionem *c. 13. h. 1.*

*Q. 5. An usurarius acquirat dominium rerum
 per veram usuram acceptarum? Resp.* Si vel debi-
 tor non habuerit verum animum usuras solvendi,
 vel res usurariæ remanserint inconfusæ, creditor
 non acquirit illarum dominium. *L. 31. ff. de acq.
 ver. dom. 2.* Si verò eas commiscuerit cum suis,
 v. g. pecuniam cum suâ pecuniâ, vinum cum vino,
 oleum cum oleo, ut discerni amplius nequeat,
 acquirit illarum dominium, non secus ac fur re-
 rum furtivarum. *§. 27. & 28. Inst. de rer. div. 3.*
 Si usurarius cum pecuniâ usurariâ negotietur, ex
 eâque faciat lucrum, aut si ex eâ res alias emat, &
 lucrî & rerum illarum dominium acquirat. *L. 1.
 & 8. C. si quis alteri, vel sibi.* Ratio, quia censetur
 ex industriâ propriâ lucrum, resve alias ex pecuniâ
 comparatas acquisivisse, cum pecunia de se sit ste-
 rilis. 4. Si usurarius ex re aliâ usurariâ, quàm pe-
 cunia sit, v. g. ex re usuraria frugiferâ fructus per-
 cipiat, horum dominium non ipse, sed dominus
 acquirit. *§. 35. Inst. de rer. div.* Si vendat rem
 usurariam frugiferam b. f. emptori, dominium
 quidem rei venditæ in emptorem non transfert.
L. 12. §. 2. ff. de act. empt. usurarius tamen fit do-
 minus pretii ab emptore accepti, quia pretium rei
 usurariæ non est usurarium.

F 3

Q. 6.

Q. 6. Ad quid teneatur usurarius mutuarius ob solutas sibi usuras, sive an & quomodo teneatur usurarius ad restitutionem? Resp. 1. Usurarius ipse, (etiamsi judæus sit *c. 12. h. t.*) non tantum usuras, sed etiam, si res frugifera pro illis data sit, fructus inde perceptos, & quos mutuarius percipere potuisset; simul & damnum ob solutas usuras mutuatorio emergens, & lucrum, quod illi ideo cessavit, restituere tenetur. Ratio, quia est pessimæ fidei possessor, ergo. Extenditur responsio etiam ad usurarium mentalem ob *c. 18. d. 1.*

2. Tenentur in defectum usurarii ad restitutionem mutuatorio faciendam omnes, qui ex parte mutuantis causa efficax fuerunt, cur aliter exigerentur & solverentur, sive ut non darent mutuum gratis; quia sunt hi verè causa omnis damni mutuatorio dati. 3. Tenentur & compelli possunt hæredes ad restituendas usuras à defuncto usurario perceptas, & quemadmodum obligatio solvendi alia debita, ita & hæc solvendi usuras transit ad hæredes, *c. 9. h. t.* ubi & notandum est. *c. ult. de sepult.* & *c. 5. de raptor.* Si tamen plures sint hæredes, singuli in solidum non tenentur, sed solum secundum portiones hereditarias; quia sicut commoda & jura, sic & onera inter hæredes sunt dividenda. 4. Omnes, ad quos res usurariæ quoquo modo pervenerint, si extant, tenentur restituere. Ratio, quia sunt res alienæ, & restituendæ. 5. restituere usuræ debent iis, à quibus sunt acceptæ; iis defunctis, eorum hæredibus

his autem non extantibus, vel si ignorentur, cau-
sis piis. Engel: h. n. 27.

Q. 7. *Quanam pœna sint in Usurarios statuta?*

Resp. I. Cum usura sit crimen mixti fori, ut &
à JUDGE Ecclesiastico per c. 2. & 7. h. t. & Clem.
2. de Jud. & à Laico, sive quæstio facti sit, sive
juris, possit judicari. c. 12. h. t. variæ in usura-
rios maximè manifestos pœnæ statuta sunt; præ-
cipuè autem de Jure Can. 1. infamia. can. 2. s.
fn. caus. 3. q. 7. c. 13. de excess. Præl. 2. Suspen-
sio Clerici usurarii, & si emendatio non sequa-
tur, depositio. can. 1. & seq. caus. 14. q. 3. Ex-
communicatio laici usque ad satisfactionem. c. 3.
& 7. h. t. 4. Privatio sepulturæ Ecclesiasticæ.
c. 2. eod. in 6. 5. Intestabilitas activa, nisi ante
mortem usurarius ejusmodi restituerit usuras, aut
de earum restitutione sufficienter caverit. c. 2. cit.
Schmalzgr. h. t. à n. 313. plura habet de Testa-
mentis Usurariorum. Deinde de Jure Civili
cum permissæ fuerint usuræ etiam lucratoriæ, de
eo non puniebantur, nisi modum à LL. definitum
excesserint. Juxta Recess. Imper. & imprimis
juxta reformationem guter Polickey zu Auspurg.
Anno 1530. tit. 26. von wucherlichen Contracten/
usurarius quartam partem Capitalis amittit &c.
Quos contractus Jus Palatin. pro usurariis ha-
beat, quas item pœnas usurariis dicet, vide in
Chur-Pfalz Landt-Ordnung tit. 14. von wu-
cherlichen Contracten.

Q. 8. *In quibus aliis pactis præter contractum
mutui usura committatur?* Resp. I. Licet usura

propriè tantum committatur in contractu emptionis
 juxta Comm. & can. 1. caus. 14. q. 3. in aliis ve-
 rò contractibus v. g. emptione, venditione, loca-
 tione dolus annexam habens obligationem restituendi,
 non usura habeat locum, quatenus tamen
 & illi *palliatum mutuum* subinde continent; hinc
 de ipsis non quoad pœnas in foro externo, sed
 quoad forum conscientiae quæstio procedit. In-
 que.

Resp. 2. Usura palliata est, si venditor ob-
 latam præcisè solutionem pretii pluris supra justum
 alias pretium rem vendat, aut minoris ob præsti-
 tam in continenti solutionem. Primum proba-
 tur ex c. 10. h. t. damnata Innoc. supra Q. 3.
Resp. 2. cit. & ratio est, quia dilatio solutionis est
 mutuum implicitum, quatenus, dum ob solutio-
 nem dilatam pretium auctum, re ipsa & in effectu
 idem est, ac si pretium emptor solvisset, dein tem-
 tem emptori iterum mutuo datum ea lege, ut per
 annum v. g. præter sortem certam pecuniam lu-
 peraddat. Quoad secundum eadem pugnat ratio.
 Eodem modo dicendum, quod emptio *obrogata*
phi five debiti alieni ob solam dilationem solu-
 tionis aliquando certè futura sit usura palliata,
 pro minori pretio, ac debitum est, ematur.

Resp. 3. Contractus *Mohatra*, quando quis
 vendit rem magno pretio cum pacto, ut ipsi empta
 statim revendat pro pretio minore, est illicitus
 usura palliata. Damnata ab Innoc. XI. prop. 40.
 sic habet: *Contractus Mohatra licitus est etiam respectu ejusdem persona, cum contractus*

trovencionis pravie inito, cum intentione lucri.

Resp. 4. Usurarius est etiam *Anatocismus*, quo nomine veniunt usurae usurarum, seu lucrum ex ipsis usuris non solutis & in sortem redactis petitum. Ratio, quia haec usurae, si merè lucratoriae sint, sunt aequè ac ipsae usurae, quae vi mutui exiguntur, imò magis quàm istae jure divino & naturali prohibita; si non sint merè lucratoriae, sunt de jure saltem positivo prohibita. *L. 29. ff. de L. 3. & 28. C. h. t.*

Resp. 5. Pactum *Antichreticum*, quo Creditor rei frugiferae v. g. praedii pro mutuo sibi oppignorati fructus lucratur, & sortem nihilominus recipit integram, *regulariter* est usurarium. *c. 1. & 2. h. t. c. 6. de pignor. excipitur casus in c. 1. de feud. c. 16. h. t. & si alius titulus justus adfuerit.*

Q. 9. In quibus pactis & contractibus licet usura videatur committi, non tamen committatur?

Resp. 1. Licitum est *Cambium*, quod est negotiatio seu contractus innominatus, in quo pecunia pro pecunia permutatur cum *moderato lucro*? sive deinde sit *reale* (quod & *minutum*, aut *manuale* dicitur) dum scil. pecunia unius speciei v. g. flor. pro pecunia alterius speciei, v. g. pro ducatis permutatur; sive *locale*, si pecunia praesens, quae scil. est in hoc loco, permutatur cum absente. Ratio, quia lucrum, quod pro eo accipitur, variis titulis justum est.

Resp. 2. Olla fortuna in Germania usitata nul-

F 5

lam

Iam continet usuram aut injustitiam. Ratio, quia
 ollæ hujus is usus est, ut quot quis domino illius
 seu eam exponenti numerat v. g. florenos, tot
 ex ea schedas tollere possit, & quod in eis scri-
 ptum, sibi habere, forte omnino incerta, peri-
 culo jacturæ spem lucri exæquante; atqui hoc
 non est usurarium aut injustum, cum ludus hic
 emptio sit, quâ non ipse scyphus v. g. vel res ex-
 tracta, sed ejus consequendæ spes, cum pari peri-
 culo jacturæ conjuncta, emitur, ergo.

Resp. 3. Montes pietatis etiam immunes sunt
 ab usura. Imprimis *Montes* hi sunt ærariæ à Prin-
 cipe aliquo, Domino, vel Communitate ex li-
 beralitate vel piorum privatorum largitionibus
 constitutæ ad sublevandas indigentium necessita-
 tes, in quibus pecuniæ ad certum tempus dantur
 mutuæ sub pignoris sufficientis cautione, ad
 lege, ut si debitum præfixo tempore non solvetur,
 vendatur pignus, sorsque Monti, residuum
 autem, si quod est, Domino restituatur. Alii
 sunt *puri*, in quibus nihil omnino ultra sortem
 exigitur; *mixti* sunt, in quibus aliquid solvitur
 ultram sortem, non pro lucro quidem aut incre-
 mento ipsius montis, sed pro sumptibus ad mon-
 tis conservationem necessariis. Hi sunt vel *Itali-*
ci, qui Summam suam Capitalementem habent ex pio-
 rum fundatione, ut adeoque mutuatarii tantum
 aliquid modici pro sustentandis Ministris, con-
 servandis ædificiis, & aliis necessariis dare tenentur:
 vel *Belgici*, qui Summam suam Capitalementem
 non habent saltem adæquatè ex fundatione pia,
 sed

sed ex pecunia per censum acceptâ, ut adeoque ultra Ministrorum sustentationem &c. ad solvendo censuum canones aliquid exigatur. Quod autem Montes hi pietatis honesti & liciti sint, non tantum probatur ex Conc. Later. Sess. 10. sub Leone X. Conc. Trid. Sess. 22. c. 8. de ref. sed ex ipsa etiam ratione, quia nihil exigitur aut accipitur ultra sortem propter mutationem, sed ob expensas necessariò faciendas &c.

Resp. 4. De Censu seqq. 1. *Census* est annua pensio vel potius jus annuam pensionem percipiendi vel ex re alterius frugifera, & hic est *census realis*, vel ex alterius industria, & est *personalis*. 2. Uterque potest esse vel *redimibilis*, aut ex una, aut ex utraque parte, vel *irredimibilis*. *Realis* alius est *census reservativus*, dum quis in alterum transfert dominium rei utile & directum, sibi que reservat solum vel certam pecuniæ summam solvendam, vel portionem aliquam fructuum; alius *consignativus*, dum quis retinet utrumque jus utile & directum, cedit tamen alteri, consignat aut vendit jus exigendi & percipiendi ex re illa pensionem annuam vel in fructibus vel pecunia consistentem. 3. Qui habet jus exigendi pensionem annuam, vocatur *Creditor*, *Emptor*, *Censualista*; qui verò habet obligationem solvendi, *censuarius*, *venditor*, *debitor*. 4. Emptio imprimis census realis licita est. *Extrav. 1. & 2. de empt. vend. inter Comm.* Pius V. in Constit. *Cum onus Apostolica*. Ratio est, quia licitè emitur totum prædium, adeoque & jus omnes fructus percipiendi, ergo &

&

& jus partem fructuum, sive pensionem fructu-
 riam, ergo & jus pensionem pecuniariam, cui
 hæc omnium rerum æstimationem recipiat. De
 bium est, utrum census realis tam *redimibilis* quam
irredimibilis permittatur, & spectato jure natu-
 rali certum est, utrumque permitti; jure positivo
 per *Extrav. cit.* permittitur quidem emptio cen-
 sūs ex parte venditoris redimibilis, rejicitur au-
 tem emptio census irredimibilis, & redimibilis
 ex parte utriusque. *Extrav. & Constit. Pi V.*
cit. & Constit. Caroli V. in Com. Augustan. 1548.
 ob periculum *usurariae intentionis*. Utrumque ta-
 men consuetudo fecit licitum, Schmalzer. *l. d.*
num. 178. §. Denique & emptio census per-
 sonalis licita est, modò census conficiatur in
 persona potente ex suâ industriâ lucrum facere,
 & pretium sit justum. Ratio, quia ex parte
 cum censu reali juri naturæ non repugnat cen-
 sus personalis, jus autem positivum scilicet *Constit.*
tutio S. Pii V. Cum onus. edit. 14. cal. Febr. 1548.
 saltem in Germania vel non videtur recepta, ut
 contrariâ consuetudine abrogata,

TITULUS XX.

De Crimine falsi.

Q. 1. *Crimen falsi quid sit & quotuplex?* Resp.
Falsum vel falsitas propriè & juridicè
 crimine per *L. Cornel. de falsis accepta*, est
 lenta seu dolosa immutatio veritatis facta in pu-
 blicis

judicium alterius. *Nov. 73. princ.* Requiritur ergo ut pervertatur veritas; ut fiat dolo malo seu animo decipiendi alterum, nec enim is habetur, nec punitur pro falsario, qui ex errore vel ignorantia falsum dicit. *L. 31. ff. h. t.* Ut falsitas hæc notabile damnum alteri inferat, vel inferre falsitatem possit, licet id fortè impediatur. *Pirh. h. t. n. 1.*

Resp. 2. Crimen falsi dividitur in *Verum*, quod Lege Cornelia de falsis notatur, v. g. quod committitur circa testimonia, testamenta, nummos; & in *quasi tale*, quod non Lege Cornelia, sed aliis Principum Constitutionibus vindicatur, ut si quis rationes falsaverit. *L. 1. §. 2. & 4. & c. ff. de Lege Cornel. de falsi.* 2. Dividitur in *personale*, quod circa personam committitur, ut mutatio nominis, suppositio partus, iudicis corruptio; & in *Reale*, quod committitur circa res.

Q. 2. Quot modis committatur crimen falsi?
Resp. quatuor: 1. *Dicto*, dum verbis dolosè immutatur veritas, à *Teste*, scienter in iudicio falsum circa substantialia causæ deponente, aut verum supprime &c. ab *Advocato* causam clientis sui prode, vel admittendo probationes falsas vel dissimulando proprias; à *Judice* vel ex malitia, vel ob corruptionem per munera sententiam falsam proferendo. 2. *Scripto*, quando per falsam scripturam immutatur veritas, quod potest fieri à *Notario* testamentum vel instrumentum, ab *alio* chirographum, manum, sigillum vitante; mo-
 dos novem receisset Pontifex in *c. 9. h. t.* quibus

Lite-

Litteræ Apostolica possint falsificari. 3. *Falsificatio* re, quando per aliquod factum veritas immutatur, v. g. dum quis propriâ authoritate cuditur monetam, vel ex materia adulterina cuditur; vel qui adhibet ad monetam aurum aut argentum per Alchimiâ confectum; vel qui falsificat menses pondera, mensuras &c. 4. *Ufu*, vel potius *abusu* quando quis falsitate ab aliis conficta scienter producit, v. g. instrumenta, leges, probationes falsas producendo in iudicio, dolosè colligendo & expendendo monetam falsam, nomen dignitatis insignia familiæ alienæ usurpando &c.

Q. 3. *Quoniam sint pœnæ falsariorum?* Resp. 1. Pro modo admissi criminis hodie in utroque foro, præter resarcitionem damni ante omnem sententiam faciendam, sunt pœnæ ferè arbitrarie, *Jure tamen novo Civili* statuta sunt pœnæ in seqq. testis, qui juratò falsum deponit in causa civili fit infamis, eique amputantur duo digiti in præstatione juramenti erecti. *Const. Carol. à 107.* prærans in causa criminali punitur pœnâ rationis *Const. ar. 68.* falsò cudens monetam adulteram eamque expendens, præcedente strangulatione igne punitur, cudens quidem, sed non expendens gladio. *Const. Carol. ar. 111.* Consentit *Jur. Palat. p. 5. tit. 12.* De *Jure Canonico* in seqq. certæ obtinent pœnæ: *Testis* sive in civili, sive criminali causâ falsus præter infamiam, detrudendus in monasterium, hodie in carcerem, aut ad tres menses relegendus. *can. 9. caus. 3. q. 6.* *Judex Ecclesiasticus* dolo malo vel pecuniâ corruptus profertur

sententiam falsam, ultra æstimationem litis incurrit suspensionem. *c. 1. de sent. & re jud. in 6. Fal. sarius Literarum Apostolicarum* excommunicatur ipso facto, & si Clericus sit, deponitur ab officio & beneficio *c. 7. h. t. Bull. Cœnæ cas. 6.* De aliis certorum falsariorum pœnis vide *c. 2. de empt. c. 3. h. t. Extrav. Joan. XXII. h. t. Extrav. un. eod. inter Comm.*

TITULUS XXI.

De Sortilegiis.

Q. I. *Sortilegium quid sit & quotuplices sortes?*
Resp. 1. Sortilegium seu sortium missio (de qua uti & de *Collusione in seq. Tit. ideo post Tit. de Crim. falsi*, quia falsitatem & deceptionem aliqua saltem ejus species continet) est adhibitio & observatio rerum quarundam veluti signorum facta eo fine, ut quid hîc & nunc faciendum vel futurum sit, vel quod occultum est, innotescat.

Resp. 2. Sortes ex triplici fine, ad quem assumuntur, dividuntur in divinatorias, consultatorias, divisorias. Divinatoria sunt, quæ adhibentur aut observantur, ad occultum quid vel futurum per media improporcionata cognoscendum; usus talium sortium divinatio vocatur, cujus varia est divisio pro varietate rerum & signorum, quæ adhibentur ad cognitionem occultorum; sic Geomantia dicitur, si fiat divinatio per terram: Hydromantia, si per aquam; si per animalium intestina, Aruspicium; Chiromantia, si per

per

per inspectionem manuum, & generali nomine pactum cum dæmone aliavè similia intervenientem *Necromantia*; & si non tantum ad cognitionem rei occultæ, sed etiam ad effectum miri alicujus operis dæmonis opera adhibeatur, *Magia* dicitur. *Sortes Consultatoriæ* sunt, quæ adhibentur ad cognoscendum, quæ sit in re dubia Dei voluntas. *Divisoriæ* sunt, quibus jus indivisum aut debium pluribus competens, inter eos dividitur, ut uni applicatur.

Q. 2. *Quanam sortes permissæ aut prohibitiæ sint?*

Resp. 1. *Sortilegium divinatorium*, seu usus *sortium divinatoriarum* omnino est illicitus, etiam si non interveniat pactum expressum cum dæmone *can. 3. 5. 6. 7. caus. 26. q. 5. c. 1. h. i.* Ratio, quia talibus sortibus, cum sint medium omnino improporcionatum ad effectum intentum consequendum, admixta est tacita saltem dæmoniacæ vocatio, ut sortes velit regere & occulta manifestare. Non prohibentur tamen aut illicitæ declarantur conjecturæ, quæ ex signis naturalibus cum rebus futuris connexionem habentibus colliguntur.

Resp. 2. *Usus sortium consultatoriarum* per se est licitus, sive licet explorare divinam voluntatem in ancipiti quopiam negotio, modo in necessitate urgente, servatâ debitâ erga Deum reverentiâ, ex speciali Dei instinctu, non ad finem crum temporale. Ratio, quia absolute nihil illis mali apparet, sed potius actus Religionis foret: patetque exemplis tam V. quàm N. L.

Resp.

Resp. 3. Usus sortium divisoriarum etiam per se loquendo est licitus. Ratio, quia nec superstitionem aut divinationem continet, cum ex supposito animo simplici fiat, nec à Deo, nec ab Astris &c. eventus sortis expectetur; nec continet injustitiam, cum usurpetur ex mutuo consensu habentium æquale jus; hinc licet fortibus divisoriiis uti in judiciis familiæ hercisc. & Commun. dividendo *L. 5. ff. fam. hercisc. & L. 3. C. Commun. de legat.* plura exempla habet Scmalzgr. *h. à n. 27.* Specialiter tamen usus sortium in *electionibus* ad prælaturas aut alia beneficia Ecclesiastica prohibitus est, adeo ut electio per sortes facta, si indigni æquè ac digni ad sortes admittantur, sit jure naturæ, si soli digni, electio tamen celebranda fuisset juxta *c. 42. de elect.* jure saltem positivo nulla. *c. fin. h. t.*

Q. 3. Quanam sint pœna Sortilegorum? Resp. De *Jure Canon.* Laicis admonitis & non emendatis, si fuerint personæ viles, verbera; si honestioris conditionis, perpetua incarceration dictanda; item excommunicatio, & è diocesi ejectio. *c. 1. h. t. can. 10. & 12. caus. 26. q. 5.* præterea infamiam incurrunt, & si admixta sit Sortilegio hæresis, pœnas hæreticorum. *c. 8. §. sanè de hæret. in 6.* Clerici verò Sortilegi secundùm Canones in foro externo præter infamiam, quam incurrunt, sunt deponendi ab officio & beneficio, & in monasterium detrudendi. *can. 4. & seq. caus. 26. q. 5.* De *Jure Civili,* cui ferè laicorum pœnæ, excepta excommunicatione, & ubi hæresis immix-

Liber V.

G

12

ta foret, relinquuntur ob crimen hoc fortiter
mixti fori infligendæ, sunt publicatio omnium
 bonorum, & *magia* propriè dictæ cum damno
 tertii ultimum supplicium etiam ignis. *L. 3. C. de malef. & Ordin. Crim. a. 109, Concord. Palat. p. 5. tit. 9.*

TITULUS XXII.

De Collusione detegenda.

Q 1. *Collusio quid sit, in quibus causis, & in quos committi possit?* *Resp.* ad 1. *Est* latens & fraudulenta conventio inter Actorem & Reum: potest fieri vel *prævaricando*, vel *tergiversando*, ut dictum ad *Tit. 2. hoc Libro de Calumniat.*

Resp. ad 2. Locum habet collusio in causis *criminalibus & beneficialibus*; quod utrumque negatur à nemine, & ratione causarum *beneficialium* casus habetur in *c. 3. h. t.* In causis *Civilibus* habet tunc locum, si vel sint causæ *matrimoniales*, vel *præjudicium* tertii concernant, aliàs non. Ratio, quia in *civilibus* Actori & Reo licet *in* iuram *transigere*.

Resp. ad 3. Committere possunt collusionem tam Clerici quàm laici, imò non *principales* tantum, sed etiam *Advocati & Procuratores*, *Advocati* tamen & *Procuratores* magis *favore* *juxta Tit. 20. h. t.* sunt vocandi arg. *L. 1. §. 1. de Prævar.* Porro in casu commissæ collusionis si collusor forsan per *sententiam* fuerit *absol*

tus, potest nihilominus accusari denuo, & contra eum inquiri. arg. c. ult. h. t. L. 3. §. 1. ff. de pravar.

Q. 2. Quæ sint pœna Collusionis? Resp. Si circa beneficium Ecclesiasticum facta sit, & probetur esse facta, privatio beneficii perpetua quoad utrumque colludentem. arg. c. 3. h. t. In Criminalibus cum incurfione infamiæ est pœna arbitraria pro modo criminis, & qualitate circumstantiarum. L. 2. & 4. ff. de pravar.

TITULUS XXIII.

De Delictis Puerorum.

Q. 1. An & qualiter puniantur? Resp. I. Infantes, id est, ii, qui septimum ætatis annum necdum compleverunt, nullâ penitus pœnâ plekti possunt. Ratio redditur in L. 12. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Idem ferè dici oportet de pueris infantia proximis, id est, septennium non multùm egressis, sive omissionis, sive etiam commissionis delicta patrârint. §. 10. Inst. de inutil. stipulat. 2. Pueri doli jam capaces & pubertati proximi ob delicta commissionis non sunt immunes à pœna legali extraordinaria. c. 1. h. t. pœnæ autem ordinariæ non subjacent regulariter, nec torqueri possunt. L. 1. §. 33. ff. ad S. C. Syllan. 3. Minores pubertatem adepti, id est, egressi quidem 14. non tamen 25. ætatis annum à pœnâ quidem ordinaria exempti non sunt, præsertim in delictis

gravioribus, & in delictis commissionis, ubi ipse emendationis non adest. *L. 9. §. 2. & L. 37. §. 1. ff. de Minor.* ordinariè tamen possunt & solent mitius puniri, quàm majores. *L. 108. ff. de R. I.*

Q. 2. An pater teneatur ex delicto filii pubertatis proximi aut minoris ad multam pecuniariam, ad quam hic condemnatur? Resp. Neg. si nec patericeps delicti, nec in filii correctione negligens fuit, nec etiam factus est exinde ditior. *L. 22. & 26. C. de pæn. L. 1. & L. 3. C. ne fil. pro patre.* nec tenetur dare legitimam, ut filius exinde solvat. *q. L. 1. §. 21. ff. de collat. bon.* Valeret tamen Lex statutaria, quæ Patrem pro filio obligaret. Ratio, quia cum pater se possit obligare pro filio per pactum, poterit etiam per statutum obligari, imputate quod cederet in bonum publicum, & parentum in educandis liberis diligentiam acueret.

TITULUS XXIV.

De Clerico Venatore.

Q. 1. Quæ sit hujus cum prioribus Titulus con- nexio, quid venatio, & quotuplex? Resp. Cum dictum sit hucusque de delictis, quibus personis communibus, ab hoc usque ad 31. Titulum inclusivè de delictis vel statui soli Clericis propriis vel eum dedecentibus agitur, & quibus primò de Venatione. 2. Venatio est perfectio & occupatio animalium, quæ cælo, terrâ & aquis nascuntur, & nullius sunt. 3. Venatio alia est

specificè & propriè dicta, quæ & *saluosa* & *silvatica* dicitur, & hæc ad feras terrestres capiendas: alia *aucupium*, quæ ad volucres, alia *piscatio*, quæ ad capiendos pisces ordinatur. Venatio specificè dicta dividitur in *clamosam*, quæ magno apparatu retium, canum, hominum, magnoque tumultu, & in *quietam* seu *placidam*, quæ sine strepitu, sine magnis clamoribus, cum exiguo hominum vel etiam canum numero exercetur. Item ex parte objecti venatio alia est *maxima*, alia *major*, alia *minor*.

Q. 2. *Quænam venatio prohibita sit Clericis? Resp.* Non *piscatio*, quam & Apostoli post conversionem exercuerunt; nec venatio *quieta* & *placida*, quæ vel necessitatis aut utilitatis corporalis, vel etiam recreationis causâ rariùs instituitur, est prohibita Clericis, inprimis non jure naturali, ut patet; nec jure positivo, ut à contrario arg. ex Trid. *Sess. 24. c. 12. de reform.* ubi, uti & *c. 1. & 2. h. t. Clem. 1. §. porro. de statu Monach.* prohibetur solum venatio *clamorosa*, quia multum abstrahit à divinis officiis &c. Consuetudo tamen venationem clamorosam à Clericis aliunde non prohibitis absque peccato mortali facit exerceri, modò non frequens sit, & absque scandalo, absque magno temporis pro cultu divino ordinati dispendio. Pœnas in *c. 1. h. t. in Clericos Venatores* constitutas eadem consuetudo abrogavit.

Quæri hic etiam potest, *An Princeps possit universaliter suis subditis justè prohibere venationem, sibi que soli jus venandi reservare? Resp.* Aff. quia

justas causas ad id habere potest, quales v. g. ferent, ne subditi ab aliis functionibus cum damno Reip. abstrahantur. Ne armis tractandis cum periculo seditionis assuescant. Ne sub specie venationis prædas agant, latrocinia exercent. Pichl. *h. t. n. 5.* præterea affert rationes ex prescriptione, voluntaria subditorum cessione, occupatione bellica petitas. 2. Non peccat tamen per se loquendo graviter subditus, si unam alteramve feram contra Principis prohibitionem capiat. Ita habet communis persuasio, optime humanarum interpret, 3. Nec peccat regulariter contra justitiam, quia prohibito non funditur in jure proprietatis, 4. Nec obligatur ad restituendam feræ illicitè captæ æstimationem. Ratio, quia licet quis contra edictum Principis venetur, fera tamen ipsius fit, utpote antecedenter nullius. &c.

TITULUS XXV.

De Clerico Percussore.

Q 1. *An prohibitum sit Clericis, ne Laicum percussant?* Resp. ad 1. Omnibus Clericis præcipuè constitutis in Ordinibus sacris, prohibita est percussio laici propriâ manu facta. *can. 1. & 7. dist. 45. can. 25. dist. 86. c. 1. h. t.* Si fuerit verberatio gravis, graviter, si levis, leviter, est prohibita. Ratio, quia repugnat graviter, levis leviter charitati proximi, modo sit

stia Clericali, & mansuetudini Christi. Possunt tamen Præceptores, Moderatores, & Magistri AA. LL. venire ad verbera moderata. *can. 19. dist. 1. de pœnit.* etiamsi discipuli, quos corrigunt ira, sint Clerici. *c. 10. & 54. §. fin. de sent. Excomm.* Episcopi etiam & superiores Regulares possunt Clericos sibi subditos, si fuerint in minoribus, ob causas leves, si in majoribus constituti, ob graviores verberibus castigare. *can. 8. dist. 45. can. 25. pr. dist. 86.* non tamen propria manu Episcopus potest percutere. *can. 25. cit.* sed percussione committere debet Clerico, non laico *de iure*, nî velit ipse cum Laico percutiente excommunicationem incurrere, etiamsi iusta verberationis causa subsit. *arg. c. 24. de sent. Excomm.*

Q. 2. Sub quibus pœnis prohibitum sit Clericis, percutere Laicum? Resp. Si Clericus percusserit laicum, pœna primâ vice pro qualitate & circumstantiâ percussione, est arbitraria; si se Clericus non emendaverit, sed facilè ac passim ex indignatione subitanè ob leviores etiam defectus ad verbera procedat, deponi potest & debet. *arg. c. 1. h. t.*

TITULUS XXVI.

De Maledicis.

Q. 1. Maledictum quid & quotuplex? Resp. I. In genere maledictum, nomine à maledicendo vel loquendo derivato, est mala locutio de

altero : & qui ita malè loquuntur, vocantur *maledici*. Dividitur maledictum in Blasphemiam, quæ Deam, Contumeliam & Detractionem, quæ homines respicit. *Blasphemia* est; quando vel aliquid affirmatur de DEO, quod ei non competit, v.g. dicendo, quodd sit injustus; vel negatur, quod ei convenit, v.g. omnipotentia, providentia; vel si creaturæ tribuatur, quod Creatori competit, & hæc Blasphemia dicitur *hæreticalis*. *Simplex* est, quando quis detestatur Deum vel ei malum imprecatur, aut Christum Deum, ejusque vulnera per despectionem indecenter nominat. Ad Blasphemiam reducuntur verba injuriosa & contumeliosa in Deiparæ, aliosque Sanctos conjecta. *Contumelia* est, dum quis præsentis & in faciem malum objicit, quod si falsum, *convitium* dicitur. *Detractio* est, quando absentis honor læditur. *Imprecatio*, quæ malum aliquod optatur proximo in futurum, huius loci non est.

Q. 2. *Quanam sint pœna maledicorum?* *Blasphemi* in L. V. lapidibus obruebantur *Levit. c. 24. v. 26.* Jure Can. antiquo *Blasphemi* deponerentur, Laici excommunicabantur *can. 10. caus. 22. q. 1.* postea præter pœnitentiam publica multa pecuniaria est exacta. *h. t.* rursus aliæ pœnæ in Clericos æquè ac in *Blasphemantes* à Leone X. Julio III. & Pio statutæ, De Jure Civili *Nov. 77. c. 1. s. 2.* præter amputationem linguæ decretum est ultimum supplicium, quod in *blasphemos* saltem Deum

Deum disjunctivè innovavit *Carolus V. in Recess. August. de ann. 1548. ar. 1. §. 2.* hodie de utroque jure est arbitraria; Concord. *Jus Palatin. p. 5. Tit. 8.* Crimen blasphemiae est mixti fori. *c. 2. h. t.* nisi sub ratione hæresis & non blasphemiae tantum in judicium deducetur.

Resp. 2. Detractores & convitiatores respectu privatorum, præterquam quòd se reos faciant peccati mortalis, & ad famæ reparationem in conscientia teneantur, in foro externo actione injuriarum conveniri possunt. *L. 15. §. 25. ff. & L. 9. C. de injur.* adeoque pœnæ arbitrariæ obnoxii sunt. De Clericis maledicentibus vide *can. 5. dist. 46. 2.* Eodem modo si quis maledixerit *Principi seculari, aut Imperatori, hodie* pœnæ arbitrariæ locus est, nisi essent verba ad seditionem aut rebellanem, & ita ad crimen læsæ Majestatis spectantia. *arg. c. 1. h. t.* 3. Si quis maledixerit summo Pontifici, est quoque pœna de jure communi arbitraria. *c. 1. h. t.* etsi conveniens sit Papam Christi in terris Vicarium imitari illius mansuetudinem, injuriam illatam remittendo. *arg. can. 27. caus. 23. q. 4. L. 10. C. de Episc. & Cler.* Quæ de maledicis & blasphemis dicta, eo suo modo *spargentibus libellum famosum* sunt applicanda.

G 5

TI-

TITULUS XXVII,

De Clerico excommunicato, deposito,
vel interdicto ministrante.

Q. Un. Quâ pœnâ afficiantur Clerici censurati, si ministrant in censura? Resp. Clericus tenet exercens actum Ordinis, eumque proprium, dum est innodatus excommunicatione, suspensione (quæ hic convenit cum depositione) interdicto personali, præter reatum peccati mortalis, quem contrahit, est deponendus perpetuò. scil. per sententiam judicis. *c. 4. h. t.* privandus beneficiis. *c. 6. eod.* fit ipso jure & facto irregularis; in de suspensione constat ex *c. 9. h. t. de interdicto ex c. 11. s. fin. & c. 20. de sent. excomm. in 6. de excommunicato ex can. 7. caus. 11. q. 3.* si interdictus sit excommunicatione majori, non verò si minori tantum. *c. fin. h. t.* perinde autem est, si sit excommunicatus vitandus, si non. Ratio, quæ jura indistinctè loquuntur. Ob eandem rationem Clericus minorista censuratus exercens actum proprium sui Ordinis sollemniter & quasi ex officio fit irregularis. *Leur. h. t. Q. 402.* ait, dubitans utrum sit excommunicatus, nec ne, si stante obvio exercent actum Ordinis proprium, incurrent irregularitatem; si dubitet de jure, num excommunicatio sit legitimè lata, si dubitet de facto, an sit excommunicatus. Primum arg. *c. 5. h. t. de homicid. Ratz.* utriusque in *cit. cap.* eadem datur, quod in dubio

pars tutior sit eligenda; quod tamen Sanch. in Decal. L. 1. c. 10. n. 11. dicit, tantum debere intelligi de consilio, non de præcepto.

TITULUS XXVIII.

De Clerico non ordinato ministrante.

Quoniam, Quas pœnas incurrat Clericus actum Ordinis exercens, quem non habet? Resp. Clericus scilicet, scienter, & temerè exercens actum Ordinis, quo non est insignitus, incurrit 1. Irregularitatem: vi cuius Diaconus si celebraret missam, ad Sacerdotium promoveri non posset &c. c. 1. h. t. & quidem juxta c. 2. eod. in perpetuum incurrit irregularitatem illam partialem, obstantem susceptioni Ordinum ulteriorum. 2. Suspensionem ferendæ sententiæ ab exercitio Ordinis proximè suscepti per triennium. c. 2. h. t. 3. Excommunicationem etiam ferendæ sententiæ. c. 1. h. t. Videatur Schmalzgr. à n. 2. h. usque ad 20. ubi etiam ait contra multos, à Laico exercente actus Ordinum etiam majorum irregularitatem non incurri, eo quod irregularitas hæc in laicos nullibi sit statuta; interim tamen non tantum peccat gravissimè, sed & Curiaæ sæculari simile quid attentans est tradendus, quò debitis pœnis afficiatur, prout præjudiciis confirmat Pichl. h. t. num. 4.

TI.

TITULUS XXIX.

De Clerico per saltum promot.

Quoniam. Quibus pœnis subjectus sit Clericus per saltum promotus, ille scilicet qui non gradatim se d'omisso uno vel pluribus Ordinibus intermediis ad superiorem ascendit? Resp. Valet quidem Ordo per saltum collatus juxta c. un. h. t. Episcopum excepto, qui Sacerdotio, quod essentialiter presupponit, non collato non valet; interim tamen Clerici per saltum promoti pœna est suspensio ab Ordine sic suscepto ipso jure incurta, donec omnis sus Ordo suppleatur. c. un. cit. & arg. Trid. Sess. 23. c. 14. de ref. & si in Ordine per saltum suscepto attentaverit ministrare, incurrit irregularitatem, quia est violator censuræ; à qua irregularitate, nisi occulta adhuc foret, per Episcopum non posset dispensari Sess. 24. c. 6. de ref. licet hinc dispensare concessum sit in suspensione, quando incurrit non gradatim promotus. c. un. h. t. Trid. Sess. 23. c. 14. de ref.

TITULUS XXX.

De eo, qui furtivè Ordinem suscepit.

Quoniam. Qualiter puniatur Ordinem furtivè suscipiens? Resp. Clericus, qui vel in examine rejectus, vel absque examine, simulque sine consensu & licentiâ Episcopi Ordinatoris illosè cæteris Ordinandis se ingessit, vel qui

eodémque die duos Ordines prohibitos suscepit, licet ordinetur *valide* regulariter loquendo. arg. *c. 1. h. t.* est tamen ipso jure suspensus ab executione Ordinis furtivè suscepti. Engel *h. v. pæna.* & si Episcopus suspensionem hujusmodi prohibuerit sub excommunicatione, tanquam excommunicatus suspenditur ab executione etiam cæterorum Ordinum ritè susceptorum; adeoque nullum exercere potest absque irregularitate, quam tamen non videtur incurrere per suspensionem furtivam. Ratio, quia id jura non exprimunt clare. Schmalzgr. *h. n. 8.* Deinde cum furtivè suscipiente Ordinem dispensare potest Episcopus, si specialis prohibitio ab Episcopo sub excommunicatione facta non præcessit, vel delictum sit adhuc occultum; secus solus S. Pontifex. *Text, & DD. in c. 1. & seq. h. t.*

TITULUS XXXI.

De Excessibus Prælatorum & Subditorum.

Q. 1. *Quinam sint excessus Prælatorum Ecclesiasticorum contra subditos, id est, qualiter delinquant Episcopi & Episcopis inferiores in subditos?*
Resp. 1. Episcopi & his majores delinquunt 1. si subditos gravent iniquis exactionibus, vel vexent censuris injustè illatis. *c. 1. h. t.* 2. Siquid impendant inferioribus contra eorum privilegia. *c. 5. & 7. h. t.* 3. Si jura inferiorum imminuant, aut liberent Ecclesias eis subjectas à subjectione. *c. 2.*

h.

h. t. 4. Si Ecclesias & beneficia Ecclesiastica indignis conferant *c. 11. eod.* 5. Si Sacerdotes sibi subiectos cogant ad revelanda peccata. *c. 13. eod.* 6. Si gravamina Religiosis inferant, de quibus vide *c. 16. & 17. h. t. & Clem. un. eod.*

Resp. 2. Prælati inferiores Episcopis delinquant I. uniendo Ecclesias sibi subiectas absque consensu Episcopi *c. 8. h. t.* 2. cognoscendo causas matrimoniales, imponendo penitentias publicas, concedendo indulgentias. *c. 12. h. t.* si nec habeant speciale privilegium, nec terminarium proprium cum iurisdictione quasi Episcopali. 3. erigendo monasteria contra formam à jure & Constitutionibus Pontificiis præscriptam, de quo vide *Leur. h. t. Q. 419. per totam.*

Q. 2. Quot modis peccent subditi contra suos Prælatos? Resp. Præter innumera delicta, quæ in superiores possunt committi, notantur maxime in *h. t. seqq.* 1. si subditi non observent festivitatis censuras, interdicta ab Episcopis lata; cum ad Religiosi etiam exempti quoad talia parere debent. *c. fin. h. t. Trid. Sess. 28. c. 12. de Regular.* 2. si beneficiatis assumatur Personatus, vel causa possessionis mutetur. *c. 6. h. t.* 3. si plures Clerici, absque autoritate Episcopi erigant Collegium, constituent sigillum, aliâque Collegiorum jura sibi attribuant. *c. 14. h. t.* 4. si contra juramentum aut homagium Episcopo præstitum vel Dominum suum eum regent, vel coram iudice sæculari illum conveniant. *c. 15. h. t.* 5. quando violatur clausura Monasterii, de quo vide *c. un. de statu Regular. in 6. Trid. Sess.*

Sess. 25. c. 5. de Regular. Constit. Circa Pastoralis.
Pii V. Constit. Decor. ejusdem &c. item Pichler
h. t. n. 5. & seq. Leur. Libr. 3. Decretal. tit. 35.

TITULUS XXXII.

De Novi Operis Nuntiatione.

Q 1. Quid sit, & quotuplex novi operis nuntiatione? *Resp.* I. Cùm tam prælati, quàm subditi peccare possint, pia loca aut domos ædificando in damnum vel præjudicium Ecclesiarum vicinarum, aliorumve locorum piorum, hinc priori subjungitur titulus *de novi operis nuntiatione, quæ est legitima prohibitio, ne Ecclesia, monasterium, aliudve opus novum extruatur, aut extructum immutetur, aut in cæpta extruptione vel immutatione pergatur, donec constiterit de ædificantis jure, aut præstita sit eo nomine satisfactio L. 1. §. 11. ff. h. t.* A Jure quidem civili ortum habet novi operis nuntiatione, ad cujus imitationem Canones jus prohibendi ædificium novum induxerunt, uti habetur in *c. 1. h. t.* in quo capitulo regula generalis statuitur, jus Civile Canonico, & contrà debere succurrere.

Resp. 2. Alia est operis novi nuntiatione *publica*, quæ à Magistratu; alia *privata*, quæ fit privatâ autoritate. Utraque est Vel *realis*, quæ fit per appositionem manûs, vel etiam (si in nostro ædificatum) opus destruendo. *L. 7. §. 3. ff. quod vi aut clam. vel verbalis*; dum solis verbis utimur.

Q 2. Quinam nuntiare opus novum possit, & cui

cui

cui id nuntiari? *Resp.* ad 1. Nuntiare potest
 nis de populo, si opus novum fiat in præjudicium
 Reip. *L. 3. §. ult. & L. 4. ff. h. t.* fin præjudicium
 privato, is, qui habet jus reale in eo loco, in
 jus damnus ædificatur. *L. 1. §. 19. & L. 3. §. 1.*
ff. h. t. vide Engel *h. n. 4.* ubi cautelam præscri-
 bit, ne ansa detur calumniosis denuntiacionibus.

Resp. ad 2. Nuntiare potest omnibus, sive
 tra omnes, etiam contra superiorem opus novum
 molientem. *L. 8. pr. ff. h. t.* & vel ipsi in facies
 vel etiam eo absente fabris, opificibus, servan-
 tiatio fieri potest. *L. 5. §. 3. ff. h. t.* modò finis
 vel prope locum, in quo fit opus novum. *L. cit.*
§. 2. & modò opus sit novum, si enim ædificium
 vetus fulciatur, vel reficiatur formâ antiquâ non
 immutatâ, locum non habet nuntiano. *L. 1. §.*
2. ff. h. t. nec locum habet, si opus jam sit per-
 ctum, cum tunc recurri debeat ad interdictionem
quod vi aut clam. L. cit. nec, si non sit opus
 conjunctum vel conjungendum; unde supra
 messem colligit, putat vineam, hæc nuntiano
 datur. *L. 1. §. 12. eod.* nec locum habet, si quis
 suo ædificaverit. arg. *L. 8. C. de servit. & ad
 viciniam* vicinus habeat in ædibus volentis ædificare
 tutem urbanam &c. de quibus Engel *h. post. a
 §. excipiuntur.*

Q. 3. Quis sit effectus nuntiationis novi opus
Resp. 1. Facit, ut is cui nuntiat, sive cui
 hibetur opus novum, statim debeat desistere
 quoad re examinata constet de ædificacione
L. 8. §. 4. ff. h. t. id nî fecerit, propriis impedi-
 detur

demoliri debet, quidquid ædificaverit. *L. 1. & 20. §. 1. ff. h. t.* sive dein fuerit Ecclesia in præjudicium alterius constructa. *c. 1. h. t.* sive etiam justè aut injustè ædificatum. *c. 1. cit. & cit. L. 20. §. 2.* Imò opus in eo, *quod possidemus*, factum propria auctoritate in continenti potest destrui. *L. 27. ff. de serv. urb. præd.* Post nuntiationem verò, ubi ædificans perrexerit, licèt in fundo suo, potest nuntians propriâ auctoritate ædificatum destruere, aut vi adhibitâ ab ædificando repellere. *arg. tot. tit. ff. quod vi aut clam.*

Resp. 2. Nuntiationis effectus cessat 1. si judex videat nuntiationem notoriè esse frivolam, aut injustam. *L. 20. princ. ff. h. t.* 2. si nuntiatum cautionem præstiterit de opere demoliendo iterum, si apparuerit jus ædificandi sibi nullum fuisse. *L. 20. §. 9. ff. h.* 3. morte nuntiantis, re adhuc integrâ. *L. 8. §. 6. ff. h.* 4. remissione à nuntiante nuntiato facta *c. 2. h. t.* 5. si judex nuntiationem quam ipse fecit, revocavit, vel remisit ab alio factam. *L. 16. ff. h.* 6. si periculum in mora sit, & dilatio ædificii cessura sit in grave damnum volentis ædificare. *Schmalzgr. h. n. 34.*

TITULUS XXXIII

De Privilegiis & Excessibus Privilegiatorum.

Q. 1. *Quid sit privilegium?* *Resp.* Cum inter species excessuum numeretur etiam alteratio privilegiorum per *c. 7. h. t.* hinc de iis hic

Liber V.

H

agi-

agitur : definitur autem privilegium, quod fit
*singulare in certa alicujus persona, rei, vel causa fa-
 vorem ac gratiam à superiore constitutum ;* vel
 ut Schmalzgr. ait *h. n. 2. est lex privata specialis
 aliquod beneficium vel favorem contra aut præter
 concedens. n. 4. & seq.* ostendit, quomodo à lege,
 dispensatione, gratia, rescripto differat.

Q. 2. *Quotuplex sit privilegium? Resp. Dividitur*
 I. in reale & personale. *Personale* est, quod im-
 diatè & directè confertur alicui personæ certæ &
 determinatæ in favorem ipsius, v. g. privilegium
 non recitandi Breviarium. *Reale*, quod im-
 diatè tantùm confertur personæ, immediatè autem
 directè rei alicui à personâ distinctâ imitari, sive
 dein res illa sit locus, fundus, sive communitas,
 dignitas. *Personale* cum persona expirat, realè
 ad eos transit, apud quos res reperitur. In dubio
 præsumitur esse *reale*, si favorabile sit; *personale*,
 si odiosum, *c. 15. & 28. de R. I. in 6. 2.* Di-
 viditur privilegium in *concessum motu proprio*
 quod independentè ab alterius precibus datur
 vel si ad alterius preces sit concessum, clausula
 habet annexam: *motu proprio*, & in concessum
ad instantiam, quod ad supplicantis preces &
 que dicta clausula est obtentum. Prius est præ-
 ferentiæ interpretationis. *c. 4. de præb. in 6.* In post-
 riori subintelligitur, *si preces veritate nitantur*
 quâ deficiente ob vel subreptionis arguitur. *c. 1. de rescript.*
 3. Dividitur in *clausum Corpori Juris inferum*
 ut privilegia Ecclesiarum, Ecclesiasticorum,

diosorum: & in speciali concessione indultum, vel certæ alicui personæ, vel Communitati, vel loco per diploma & literas speciales. Clausum Corpore juris transit in jus commune, fit illius pars, à iudice ignorari non debet, est ordinariè perpetuum, recipit amplam interpretationem, quæ omnia ferè secus obtinent in privilegiis extra Corpus Juris. 4. Dividunt ulterius AA. privilegium in commune & privatum: in affirmativum & negativum, in merè gratiosum, remuneratorium, & onerosum: in per se primò & ad instar concessum: in favorabile & odiosum: in concessum contra, ultra, præter jus commune. &c.

Q. 3. Quis concedere privilegia possit, & cui ea possint concedi? Resp. ad 1. Omnis & solus, qui legem potest condere; quia privilegium est lex privata; in specie S. Pontifex in materia spirituali indistinctè, in temporali per se & directè in territorio proprio: Episcopi & alii Prælati Papæ inferiores, per c. 14. h. t. non tamen contra jus commune, nisi id per consuetudinem vel aliâ viâ obtinuerint, Imperator, Reges, & Principes temporales in sua materia & ditione; alii Magistratus superiorem recognoscentes privilegia in iis tantum dare possunt, in quibus & ipsi Leges vel statuta condendi facultatem habent.

Resp. ad 2. Privilegia præter jus & merè concessiva gratia etiam non subditis dari possunt; quia meram liberalitatem continent. Privilegia contra jus non nisi subditis. Ratio, quia dispensatio, quam involvit privilegium contra legem,

H 2 est

est actus jurisdictionis voluntariæ, quæ non potest in subditum potest exerceri.

Q. 4. Qualiter in specie acquirantur privilegia

Resp. 1. Ut dictum, Concessione superioris legitime ad quam tamen ut valeat, nec justa causa, necessitas, nec promulgatio regulariter requiruntur.

Ratio, quia privilegium dependet unice à voluntate superioris illud concedentis. Engel hic n. 1.

ait, de stylo Curie Rom. & ex Regul. Cancell. 25. de non judicando juxta formam supplicantis

sed literarum expeditarum. gratias ante expositionem dici informes, & nulli suffragari dependentes

(secundum nos quoad forum externum) si ve in, si ve extra judicium, antequam super illis litteræ Apostolicæ sint confectæ. Ratio, quia quod

S. Pontifex in signatura ad libellum supplicantis simpliciter concedit per verbum fiat, id in expositione cum certis clausulis extenditur vel limitatur.

Ad quæ porro privilegia scriptura requiruntur, vide Trid. Sess. 23. c. 1. de ref. Sess. 25. de Regul. c. 5. Reg. 27. Cancell. juxta ordinem à Clemente XI. observatum. Extrav. 1. inter comm. de elec.

Resp. 2. Acquiruntur privilegia Communitate, dum superior privilegium, quod uni personæ vel Communitati simpliciter concessit, etiam ad aliam extendit: fit hoc dupliciter, scilicet

vel absolute & pariformiter, dum persona Communitati superior communicat privilegium per se, & absque respectu ad alios, quibus illud concesserat, Vel ad instar & relative ad alios, quibus jam antè idem privilegium erat concessum.

per se, & absque respectu ad alios, quibus illud concesserat, Vel ad instar & relative ad alios, quibus jam antè idem privilegium erat concessum.

per se, & absque respectu ad alios, quibus illud concesserat, Vel ad instar & relative ad alios, quibus jam antè idem privilegium erat concessum.

per se, & absque respectu ad alios, quibus illud concesserat, Vel ad instar & relative ad alios, quibus jam antè idem privilegium erat concessum.

per se, & absque respectu ad alios, quibus illud concesserat, Vel ad instar & relative ad alios, quibus jam antè idem privilegium erat concessum.

per se, & absque respectu ad alios, quibus illud concesserat, Vel ad instar & relative ad alios, quibus jam antè idem privilegium erat concessum.

per se, & absque respectu ad alios, quibus illud concesserat, Vel ad instar & relative ad alios, quibus jam antè idem privilegium erat concessum.

per se, & absque respectu ad alios, quibus illud concesserat, Vel ad instar & relative ad alios, quibus jam antè idem privilegium erat concessum.

per se, & absque respectu ad alios, quibus illud concesserat, Vel ad instar & relative ad alios, quibus jam antè idem privilegium erat concessum.

per se, & absque respectu ad alios, quibus illud concesserat, Vel ad instar & relative ad alios, quibus jam antè idem privilegium erat concessum.

per se, & absque respectu ad alios, quibus illud concesserat, Vel ad instar & relative ad alios, quibus jam antè idem privilegium erat concessum.

sum, v. g. si Princeps dicat Mævio, *concedo tibi privilegium idem, quod Titio concessi.* Si fiat ad instar, non per se, & non aequè principaliter, sed propter connexionem & accessorie, uti subinde communicantur privilegia Religiosorum eorum familiaribus, Dominorum servis, aucto vel immi- nuto, vel amisso respectu principalium privile- gio, augetur, minuitur, amittitur in persona eorum, quibus communicatum est; quod secus est, si ad instar directè, per se & aequè principaliter concessum sit; & ultimo hoc modo Regulares Ordinum Mendicantium omnes habent generalem mu- tuam privilegiorum communicationem inter se, imò etiam, sed non mutuam, cum Religiosis Or- dinum non Mendicantium. Vid. Pichl. h. n. 13. Reiffenstuel n. 57. h. Schmalzgr. à n. 77. h.

Resp. 3. Acquiruntur privilegia *Consuetudine vel præscriptione*, vel potiùs consuetudo & præ- scriptio non immemorialis tantùm sed etiam mi- noris temporis vim privilegii habere potest. c. 13. de jud. c. 9. de off. jud. Ordin. c. 13. de for. compet. c. 26. v. præterea. de V. S.

Q. 5. *Qualiter in usu privilegiorum se gerat pri- vilegiatus?* Resp. 1. Nemo uti cogitur privilegio suo. c. 6. h. t. nisi sit privilegium toti alicui Communitati concessum c. 12. de for. comp. vel aliunde superveniat obligatio, utendi privilegio, ut exemplificat Pirh. h. t. n. 125. 2. Uti licet pri- vilegio illimitatè concessio, si sit personale, etiam extra territorium concedentis; quia privilegium personale inhæret personæ, & concessio privile-

gii est actus jurisdictionis voluntariae. 3. Uti potest privilegiatus suo privilegio, non obstante alterius privilegio, dum duo sunt privilegia quoad eandem rem, v. g. quoad non solvendas decimas; quia aliàs implicaret idem privilegium exemptionis duobus concedi. Item uti potest privilegiatus suo privilegio contra privilegia licet sibi privilegia aliquo modo opponantur, si enim tantum opposita sint quoad speciem, id est, si unum habeat imbibitam conditionem, nisi per altera exempta sit, vel si unum sit speciale, alterum generale, patet, locum esse usui privilegiati *c. 34. de R. I. in 6.* Si utrumque est generale, vel utrumque speciale, praefertur privilegium a superiore concessum, aut si concedentes ejusdem sunt potestatis, quod est antiquius. Pichl. h. n. 23. et Haunold. Suarez &c. 4. Demum ex Engh. n. 12. notandum, quod, si privilegium ad instantiam privilegiarii vel procuratoris sui concessum est, die dati privilegii valeat, adeo ut ab hoc die privilegiatus super decimis non solvendis possit stare; quia quando privilegiatus supplicat & superior concedit, jam adest consensus mutuo & perfecta donatio; secus autem est, si vel proprio, vel ad instantiam tertii alicujus ab eo mandato privilegiati fuerit concessum, tunc ante acceptationem, sicut alia quavis donatio effectum non habebit. *L. 10. ff. de donat. l. 17. prab. in 6.*

Q. 6. Qua interpretatio & qua extensio in privilegio fieri possit? Resp. ad primum I. la interpretatio

ratione privilegii servari debet proprietas verborum. Ratio, ne aliàs in privilegiis nihil sit firmum. 2. Nunquam ita strictè fieri debet interpretatio, ut sit inutile. *L. 5. C. de LL.* quia non decet, Principem vanam & frustraneam actionem facere. 3. Privilegium merè favorabile, & in nullius præjudicium cedens latè est interpretandum, licet lata interpretatio fortè in præjudicium concedentis cedat. *c. 15. de R. I. in 6.* 4. Privilegium odiosum, quale est derogans juri communi, vel statuto & consuetudini juri communi non contrariæ, vel cedens in præjudicium tertii, strictæ est interpretationis. *c. 15. cit.* Limitationes vide apud Pichl. *h. t. n. 16.*

Resp. ad secundum 1. Privilegium, favorabile licet non extendi potest ad alios, quàm qui in eo expressi sunt vel formaliter, vel *virtualiter* saltem. Ratio, quia vis privilegii pendet ex intentione concedentis, hæc significatur per verba, ergo ultra verborum proprietatem fieri nequit extensio. 2. Præcedens ratio probat, quod etiam extendi non possit privilegium ad casus alios aut personas, pro quibus similis vel efficacior ratio militat.

Q. 7. *Quomodo cessent aut amittantur privilegia?* *Resp.* 1. Per interitum personæ privilegiatæ, si est personale *c. 7. de R. I. in 6.* per interitum rei totalem, & absque spe reedificationis factum, si est privilegium reale. *c. 25. de V. S. in fin. c. 2. de Religios. dom.* Per mortem concedentis, etiam re integrâ, non amittitur privilegium regulariter,

de off. deleg. in 6. c. 36. de prob. in 6. nisi gratia
 fit modò *facienda*, v. g. per Executores. Engel
h. n. 15. 2. Per *lapsum temporis*, pro quo con-
 cessum, vel si non impleta, nec implenda sit con-
 ditio, sub quâ concessum. *c. 4. de off. deleg.* 3. Si
esset contrariè causa finalis, & privilegium deroget
 juri vel communi, vel alicujus tertii, simulque us-
 etum habeat successivum, cessat eo ipso etiam pri-
 vilegium, licet necdum obtinuerit effectum in-
 tegrum. *c. 60. de appell. c. 12. de Cler. non resid.* 4.
 Per *renuntiationem liberam expressam* privilegii,
 si privilegium in ipsius solius favorem concessum
 sit, amittitur privilegium. *c. 6. h. t.* 5. Per *re-*
nuntiationem tacitam, quæ fit non ipso vel usu
 contrario; & quidem amittitur privilegium per
non usum ommissivum, id est, si fuit occasio privile-
 gio utendi, & tamen quis illo usus non est, licet
 sub *conditione usûs* concessio. arg. *L. penult. C. de*
servit. L. un. ff. de nund. eodem modo per non
 usum amittitur privilegium affirmativum, vel
 per viam præscriptionis, quàm tacite renuntia-
 tionis, si illud privilegium in aliorum gravamen
 dundat. arg. *L. 6. ff. de servit. Prad. Urb.* Per
contrarium, seu per actum repugnantem non quod
 dem amittitur privilegium affirmativum, nisi
 huic tantum sit contrarius non usus; nec quod
 legium negativum merè favorabile, v. g. non
 junandi, quia amissio hujus per usum contrari-
 um non probatur; amittitur tamen per usum con-
 trarium, vel viâ præscriptionis, vel tacite renun-
 tiationis, privilegium negativum aliis oneratum.

quale est non solvendi decimas. Pirh. *h. t. n.* 178.
 6. Per *abusum privilegii*, vel extendendo illud ad non concessa, vel sumendo exinde ansam in concessione indulti intentum, amittitur privilegium, non tamen ipso facto *regulariter*, sed per sententiam. Ratio, quia *can. 7. dist. 74. c. 24. h. t. c. 45. de sent. excommun.* solum dicitur, abutentem mereri amittere privilegium. Excessus sive abusus ejusmodi recensentur in *c. 3. 5. 10. 11. h. t. c. 8. in 6. Clem. 1. eod.* 7. Per *revocationem expressam, vel tacitam* privilegiantis, ejusve successoris aut superioris privilegiato intimatam. *c. 1. de Constit. in 6. c. 1. §. de R. I. Pichl. h. n. 25. & n. 26.* ait, illa privilegia Regularium ipsis ante Trid. concessa, per hoc censei revocata, quæ decretis Tridentini adversantur, saltem si his illa decreta expressè derogent. Trid. *Sess. 25. c. 20. fin. & c. 22. de Regular.* Damnata ab Alex. VII. *Regulares possunt uti privilegiis, quæ sunt expressè revocata à Conc. Trid.* Non tamen illa, quibus per nullam clausulam derogatoriam vel revocatoriam derogant decreta Trid. ita præter rationes praxis probat. Agit hic Engel à *n. 22. ad fin.* de privilegio exemptionis à Jurisdictione Episcopi vel Ordinarii, qui videri potest.

H 5

TI-

TITULUS XXXIV,
& XXXV.

De Purgatione Canonica, & Vulgari.

Q. 1. *Quid sit Purgatio Canonica, & quando fiat?* *Resp.* Ne quis de crimine vel excessu de quibus hactenus, condemnetur innocens, agitur hic de *Purgatione*, quæ est ostensio innocentie de objecto crimine; si est ostensio innocentie respectu objecto crimine secundum præscriptum Canonum, dicitur *Purgatio Canonica*; si est ostensio innocentie, vel probatio criminis in superstitiosa observatione, vulgi moribus inducta, dicitur *Purgatio Vulgaris*, quæ prohibita est, & de quâ postea.

Resp. 2. Olim fiebat purgatio Canonica vel per iudicium S. Crucis, vel per iuramentum tum ab Accusatore, quàm à Reo præstitura ad Sepulchra vel Reliquias Sanctorum. *can. 6. 7. 8. 10. 2. q. 5.* vel per susceptionem Eucharistie, vel Missæ celebrationem. *can. 25. & fin. caus. 6. q. 1.* Hodie dum iustis de causis modi illi se purgandi sublatis sunt, observatur forma *c. 5. b. 1. vi. cap. 1.* accusatus, *aliàs honesta vita*, aut publicè diffamatus de crimine, cuius convinci nequit, & quæ tamen aliter dilui non potest, tactis Ss. Evangelii jurare debet de innocentia suâ, etiam si Episcopus esset. 2. Debet adhibere *compurgatores*, pro qualitate personæ, vel criminis exigit, plures autem par-

pauciores, qui juramentum credulitatis de innocentia rei deponant. 3. Juramentum utrumque alius, quàm judex competens, qui judicare aliàs de crimine possit, nequit exigere. *c. 6. 10. 15. h. t. &c.* Vid. Schmalzgr. à n. 9. *h. t.*

Q. 2. Quis sit effectus Purgationis Canonica?

Resp. 1. Si debite & legitime sit facta, absolvendus est ita se purgans non tantum ad suspensione ab officio & beneficio, sin illa ob crimen objectum, vel scandalum ab initio fuit inflicta, sed etiam ab ipso crimine objecto; & infamia ex crimine objecto proveniens hoc ipso tollitur: ac ordinariè accusatus semel de crimine factâ desuper legitimâ purgatione de eodem denuò nequit accusari. *Leur. h. t. Q. 467. & 468.*

Resp. 2. Si verò diffamatus deficiat (quod potest variè contingere,) habetur pro convicto, potèstque judex secundum multos etiam pœnam ordinariam tali Reo infligere. *Schmalzgr. n. 40.*

Q. 3. Quid de Purgatione Vulgari dicendum?

Resp. 1. Definitio data est *h. tit. n. 1.* Fieri solebat vel per ignem, vel aquam ferventem, vel frigidam, vel per monomachiam. 2. Quatuor illi modi se purgandi sunt certò tum de jure naturali, tum positivo illiciti; quia præter gentilitatis ritus continent Dei tentationem. 3. Ex eadem ratione illi actus illiciti sunt, in quibus miraculosa divinæ virtutis operatio expectatur. 4. Nec cruentatio cadaveris sufficiens probatio est, occisum esse hominem ab eo, ad cujus præsentiam sanguis profluit, cum id potius casui sit,

tri-

tribuendum. 5. Licet cautè sit procedendum, & res sit periculosa, videtur tamen provocatio ad divinum tribunal debito modo & sine facta licere. Patet *Gen. 16. 1. Reg. 24.* ratio, quia per talem provocationem debitè factam appellatur ad iudicem superiorem. 6. Id postremò hic notandum, quòd sententia ex purgatione vulgari lata post fatalia appellationis possit retractari. *c. 8. de purg. Can. c. 6. de except. tot. tit. C. de fals. instrum. L. 4. C. de sent. & interloc.*

TITULUS XXXVI.

De injuriis & damno dato.

Q I. *Quid sit injuria & quotuplex?* Resp. 1. Injuria, quacum subinde fiunt delicta, vel sumitur *generaliter* pro omni eo, quod contra alium non fit justè, vel *specialiter*, & est delictum quo alterius honor aut existimatio dolo malo laeditur. Unde si dolus, sive animus injuriandi absit, injuria non committitur, v. g. si quis in colloquio verbum quodpiam ad alterius injuriam pertinens inconsideratè profert, vel si quis vi status sui quid injuriosum dicat aut faciat v. g. præceptor respectu discipuli, cessabit actio injuriarum. *f. 1. 1. Inj. h. t. L. 3. ff. 1. & 3. ff. eod.* Cæterum in dubio animus injuriandi præsumitur ex verbis aut factis. *L. 5. C. h. t.*

Resp. 2. Injuria alia est *verbalis*, quando alius vel præsentis vel absentis convitium fit, sive falsum sit

fit crimen, sive verum, dum non interest Reip.
 id proparari. *f. 1. Inst. h. t. L. 15. §. 7. & seq. ff.*
L. 10. C. de injur. quod etiam reducitur, quæ fit
scripto & libellus famosus nominatur. Alia *realis*,
 quæ factò aliquo irrogatur, ut si quis alterum pul-
 set, domum ejus vi introeat &c. *L. 5. & 15. §. 27.*
ff. h. t. Deinde potest injuriam quis inferre per
 se ipsum & immediatè, vel mediante aliâ perso-
 nâ, eaque potest esse vel *gravis*, vel *levis* &c.

Q. 2. Quinam inferre aut pati injuriam possint?

Resp. ad 1. Inferre injuriam possunt soli & omnes
 doli capaces. *L. 3. §. ff. h. t.* etiam Magistratus.
L. 32. ff. eod. etiam Orator Ecclesiasticus. arg.
L. cit.

Resp. ad 2. Pati possunt injuriam homines
 quicumque, licet sint usu rationis destitui. *L. 3.*
§. 1. ff. h. t. imo & quis injuriam pati potest me-
 diante aliâ personâ immediatè injuriatâ, quæ sibi
 conjuncta potestati suæ vel affectui subjecta est, ita
 ut talis etiam nomine proprio actionem injuria-
 rum possit instituere. *f. 1. Inst. L. 1. §. 3. & 5. L.*
15. §. 48. ff. h. t. c. 21. de sent. Excomm. in 6.

*Q. 3. Quenam actio in foro externo detur inju-
 riato contra injuriantem?* *Resp. 1.* Præterquam
 quod teneatur injurians in conscientia ante
 omnem judicis sententiam reparare honorem; hic
 adversus injuriantem habet tam actionem Crimi-
 nalem juxta *f. 10. Inst. h. t.* quàm *Civilem*, eam-
 que vel *pænalem ex Jure Pratorio* ortam, quæ &
æstimatoria dicitur, quâ læsus petit, ut sibi reus
 persolvat æstimationem injuriæ? vel *Civilem pæ-
 nalem*

nalem ex *L. Cornelia descendente*, quâ vindicatur quâdam injuriæ reales. *§. 8. Inst. & L. 5. ff. h. t.* datûrque vel ad æstimationem injuriæ pro læso, vel ad multam pecuniariam pro fisco, vel ad afflictivam corporis. *L. cit.* Vel denique habet injuriatus actionem *Civilem rei persecutoriam*, hoc est, *recantatoriam*, sive *ad palinodiam* in consuetudo habet. 2. Actio Civilis pœnalis & criminalis non cumulativè datur, sed disjunctivè; quia utraque refertur ad eundem finem, scilicet pœnitentiam; recantatoria tamen cum civili, vel criminali cumulari potest. arg. *§. 1. Inst. si quadrupes pauper.* 3. Actione *ad palinodiam* juxta multos exceptâ, omnis actio injuriarum est personalis, famosa tamen. *§. 10. Inst. h. t.*

Q. 4. Quibus modis tollatur seu cesset actio injuriarum? Resp. Morte tam injuriantis, quàm injuriati, si hæc contingat ante litem contestatam. *L. 17. pr. ff. h. t.* nisi simul damnum sit datum, hoc enim pro viribus hæreditariis ab hæredibus est refarciendum. *c. fin. de sepult. c. 5. de raptor. 2. Remissione seu condonatione*, eaque vel expressè per *L. 17. §. 12. ff. h. t.* ubi & dicitur, quoniam loco aliorum injuriam remittere possunt vel tacitâ *§. fin. Inst. & L. 11. §. 1. ff. h. 3. leg. unius anni*, si intentata sit actio criminalis. *L. 1. C. h. t.* 4. *Satisfactione* pro injuria, *L. 17. §. 1. ff. h.* aut *transactione & pacto* *L. 11. §. 1. ff. eod. l. retorsione*, dum scilicet injuria verbalis honoris respectu di causâ per modum defensionis naturalis & moderaminis inculpatae tutelæ in continenti in ipsa

injuriantem retorquetur, v. g. dicendo, eum esse mendacem, vel mentiri ut furem, aut esse talem, qualem te dicit: & hæc retorsio licita est arg. *L. 3. ff. de I. & I.*

Q. 5. Quid de damno dato, secundà hujus tit. parte dicendum? Resp. Per damnum datum *hic & in Inst. ff. ac Cod. ad L. Aquil.* non intelligitur illud, quo quis cum lucro suo alterius rem aut patrimonium imminuit, sed intelligitur immunitio rei vel patrimonii alterius per injustam corruptionem & deteriorationem, absque commo & lucro damnificantis. Si damnum datum sit *ex vero delicto*, dolo scil. vel culpâ propriâ, prodita est famosa *actio L. Aquila*; sin *ex quasi delicto*, succurritur per *Leges Noxales*, quæ dant *Actionem de Syndicatu*, vel *malè judicati* vel *actionem in factum* contra judicem ex errore aut malitiâ malè judicantem: *Actionem de dejecto vel effuso* contra habitatorem domûs: *actionem positi vel suspensi* contra ponentem vel suspendentem aliquid cum periculo commean- tium: *actionem in factum* contra cauponem, nautam, stabularium: *actionem quadrupedariam* contra dominum animalis irrationalis, quod alteri damnum intulit. 2. Inferri damnum potest dolo, culpa, eâque vel latâ, vel levi, vel levissimâ, & demum fortuitò. 3. Ad compensandum damnum, ex mero *casu fortuito* ortum in nullo foro *per se* quis obligatur. *c. un. de Commod. L. 1. §. 4. ff. de O. & A.* 4. Ad compensandum damnum *ex dolo malo* aut *ex culpa non juridica*

tan-

tantum, sed etiam *Theologicâ* saltem gravi, proveniens datur obligatio in utroque foro ante omnem sententiam: patet ex jure naturali. 5. Ad compensandum damnum ex culpa *meritè* *juridicâ* vel ex *quasi delicto* non datur obligatio in conscientia *ante sententiam judicis*. Ratio, quia non ostenditur, unde talis obligatio nascatur. Vid. Pichl. *h. t. n. 15.* quod tamen post sententiam judicis obligatio in & pro conscientia datur, probabilius defenditur cum cit. Pichl. *h. n. 17.*

Q. 6. *Utrum repressalia sint licita?* Repressalia græcè *Androlepsia*. latine *pignorationes* sunt, si res & bona alicujus, vel etiam persona, capiuntur pro delicto aut debito alterius. 2. *Generaliter* hæc sunt illicitæ & prohibitæ in *c. un. h. t. in 6. Nov. 82. c. 1.* ubi injuriis annumerantur. Ratio, quia non est æquum, ob culpam & crimen alterius pœnam innocenti infligi. 3. In casibus particularibus & conditionibus certis concurrentibus licitæ esse possunt, si nim. fiant autoritate Principis, & juxta Schmalzgr. *h. n. 111.* & alios passim, talis, qui bellum possit indicere; si fiant prævia monitione ad compensandum damnum acceptum; nec directè & per se in *personas innocentes*. *cc. cit.*

TITULUS XXXVII.

De Pœnis.

Q. I. *Quid & quotuplex sit pœna?* Resp. I. Pœna, quæ est *pedissequa delicti*, est *...*

delicti coërcitio. Quam definitionem latius explicant Pichl. & Schmalzgr. uterque *h. n. 2.*

Resp. 2. Civilistæ dividunt pœnam in *Conventionalem*, quàm solvere tenetur is, qui contravenit contractui, altero eum observante. *c. 4. de arb.* ubi & notetur *c. 9. h. r.* & in *Legalem* à LL. scil. introductam. *Legalem* in *Civilem*, quæ privatum interesse spectat; & *Criminalem*, quæ respicit interesse publicum; hanc in *Capitalem*, quæ adimit vitam vel *Civilem*, tollendò scil. libertatem aut civitatem, vel *naturalem*, per gladium, suspendium, ignem, objectionem bestiarum, submersionem in aquis, vel per rotam. Et in *Non-Capitalem*, quæ ad capitis periculum non pertinet, quò spectat relegatio, fustigatio, mutilatio, carcer, confiscatio bonorum &c. quamvis hodie plerumque pœnæ Civiles dicantur illæ, quæ non sunt directè corporis afflictivæ; criminales, quibus agitur ad pœnam corporis afflictivam: & hæ criminales dividuntur dein in *Capitales* & non *Capitales*. Item pœna *Legalis* alia est *Ordinaria*, alia *Extraordinaria*. De jure Can. dividuntur pœnæ in *Vindicativas* & *Medicinales*: in *spirituales* & *temporales*: in *positivas* per actionem aliquam vel delinquentis vel alterius infligi solitas, qualis esset solutio pecuniæ, verberatio; & in *privativas*, sine tali actione solitas infligi: in *ferenda sententia*, quæ primùm à iudice infligi debent, & in *lata sententia*.

Q. 2. Quis, qualem pœnam, & cui teneatur imponere? Resp. ad I. Iudex competens delinquenti.

si per se tenetur infligere pœnam delicto statuta à LL. vel Canone, vel consuetudine, L. 1. §. 4. ff. ad S. C. Turpill. can. 3. dist. 4. aut si determinata non sit à Jure, arbitrariam, quæ quandoque ad pœnam mortis extendi potest, Engel. h. t. n. 2. Deinde Princeps supremus habet jus aggravatum in delictis contra Legem suam L. 27. ff. de LL. tum in delictis contra Leges V. T. quæ quæ fuerunt merè judiciales, & per N. Toboltæ c. un. de purif. post part. Jus aggravandi etiam competit vel ex consuetudine vel ex privilegio statibus Imperii in delictis contra LL. communes, quas vi superioritatis territorialis immunitatis facultatem habent.

Resp. ad 2. Imponi possunt pœnæ soli homini delinquenti (regulariter ob. L. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Majest. c. 10. & 12. h. t. c. 10. de hæret. c. 1. §. eodem in 6.) Ratio, quia delicta tenere debent sui auctores; Imò jam mortuo subinde pœnæ, vel minus propriè dictæ, imponuntur, ut patet in 12. de sepult. c. 8. de hæret. L. 20. ff. de accu. fin. ff. & L. fin. C. ad L. Jul. Mai.

Q. 3. An pœnæ, præsertim Canonica in confessione obligent ante, an post judicis sententiam? Resp. Pœnæ ferenda sententia, ut ex terminis confite ante sententiam non incurruntur. Idem Patet ait h. t. n. 8. de pœnis conventionalibus. Rotundus dat, quia paciscentes, dum non clarè exprimit velle se, deberi pœnam ante omnem sententiam censentur sequi naturam & regulam pœnarum communis. 2. Pœnæ lata sententiæ, si post sententiam

sunt; etiam non incurruntur ante sententiam, saltem criminis declaratoriam. Ratio, quia contrarium ex nullo jure probari potest. 3. Pœnæ lata sententiâ si *privativa* sunt, privantes jure jam *quasi* eodem modo non incurruntur ante sententiam declaratoriam. *c. 19. de haret. in 6. exceptis per tit. de sent. Excom. & can. si quis suadente. 29. caus. 17. q. 4. censuris, irregularitatibus, inhabilitatibus, impedimentis &c.* 4. Pœnæ privativæ Juris *quærendi*, v. g. reddendo inhabilem ad beneficium, adimendo fructus ob non emissam fidei professionem incurruntur absque omni sententiâ. Ratio, quia Leges hujusmodi pœnam irrogantes sunt conditionales adeoque conditione non impletâ jus nunquam potest absolute obtineri.

Q. 4. *Quanam sint in specie pœna fori Ecclesiastici, sive pœna Canonica? Resp.* 1. De pœnis fori interni agitur *Tit. seq. de Medicinalibus Tit. de Sent. Excomm.* Vindicativæ spirituales pro foro externo sunt seq. 1. *Irregularitas*; & hæc est impedimentum Canonicum primò, per se, & directe impediens susceptionem Ordinum & susceptorum usum, consequenter etiam obtentionem beneficiorum. *c. fin. de rescript. in 6.* quibus tamen habitis non privat ipso jure. *c. 10. de excess. Pral.* Deinde oritur vel ex *delicto*, quod debet esse externum, consummatum, & ex objecto ac materia grave; cujusmodi sunt iterare baptismum; suscipere Ordines in censura; furtivè, per saltum, sine dimissoriis, ante legitimam ætatem; patrâ

re homicidium &c. Vel ex defectu natalium, originis, libertatis, ætatis, corporis, mentis, formæ, significationis Sacramentalis, lenitatis &c. Demum irregularitas ex delicto probabiliter incurritur etiam à non sciente, specialiter prohibuisse delictum Ecclesiam, aut ignorante irregularitatem esse annexam. *c. 9. de Cler. excomm. ministr.* Ratio, quia irregularitas non est principaliter & propriè pœna, sed inhabilitas in reverentiam Ss. Eucharistiæ & decentiam status clericis statuta. An irregularitas incurratur à dubitante, utrum actus à se commissus obnoxius sit irregularitati, vide superiùs dicta, & c. 12. & 18. de homicid. *Secunda* Pœna Juris Can. est *privatio beneficii*, quæ est ejus & fructuum amissio aut ipso jure statuta, uti in *c. 12. h. t. c. 5. eod. in 6. Clem. 1. eod.* vel per *judicis sententiam* statuenda in casibus à jure expressis: quæ tamen in re praxis Curiam attendenda. 3. *Depositio simplex*, quæ est pœna Ecclesiastica Clericis solis propriâ, quæ quis vel in Ordine, scil. quoad exercitium, vel à Beneficio ita ut plenè amittatur, simulque ad idem & ad illud inhabilitetur, vel ab officio v. g. jurisdictione ab omnibus simul per sententiam removeatur à perpetuum. Infligitur hodie propter crimen valde scandalosa, *Wiestn. h. t. n. 75.* 4. *Depositiô*, quæ est pœna gravissima, quæ Clericis in incorrigibilitatem & criminis atrocitatem solent ter non tantùm Ordine, Beneficio, Officio Ecclesiastico, sed ipso statu Clericali, sive privatione *fori & Canonis* privatur, & traditur Curie factu-

saeculari secundum Leges puniendus. Alia est
verbalis, alia *realis*, cujus solennitas in *c. 27. de*
V. S. c. 2. h. t. in 6. c. 1. de haret. in 6. Frid. Sess.
13. c. 4. de reform. describitur. Merentur illam
 crimina certa atrociora, de quibus exempla habentur
 in *c. 9. de haret. c. 4. eod. in 6. c. 7. de*
crim. falsi. can. 18. caus. 11. q. 1. c. 1. de homicid.
in 6.

Resp. 2. Pœnæ temporales tum corporis tum
 animi afflictivæ de jure Can. sunt seq. 1. *infamia*,
 de qua Schmalzgr. *h. t. à n. 165. ad 177.* 2. *multa*
pecuniaria, quam à Judice Ecclesiastico sub
 inde infligi posse praxis, ratio, autoritas Cano
 num suadet. 3. *condemnatio in expensas litis* à
 victo præstandas, si victor petiit, & cætera con
 currant, quæ in *c. 4. h. t. l. 79. ff. de jud. c. 7. de*
injur. continentur. 4. *confiscatio bonorum* juxta
c. 10. de haret. c. 19. eod. in 6. c. 26. de V. S. 5.
Incarceratio, quæ nonnunquam custodiæ, aliàs
 pœnæ locum habet, etiam respectu Clericorum
 per *c. 3. h. t. in 6.* 6. *Detrusio in monasterium*,
flagellatio vel verberatio recesserunt ex usu, *exilium*
 tamen sive *Relegationem extra diœcesin* judex Ec
 clesiasticus decernere potest. Vid. Schmalzgr. *h.*
n. 205.

TITULUS XXXVIII.

De Pœnitentiis & Remissionibus.

Q I. Quid nomine Pœnitentiæ veniat? *Resp.*
 Post pœnas fori externi, agitur de pœnis
 fori

fori interni, seu pœnitentialis: porro Pœnitentia sumitur tripliciter, 1. Pro virtute specialiter, quatenus est detestatio & dolor de peccatis, pro ut hæc sunt offensa Dei. 2. Pro Sacramento Pœnitentia, si interno dolori confessio coram Sacerdote, huiusque absolutio accedat. 3. Pro Satisfactione, si accedat opus pœnale.

Q. 2. Quid specialiter de Sacramento Pœnitentia dicendum? Resp. Pœnitentiæ Sacramentum à Canonistis definiri solet, quòd sit Sacramentum, quo peccata post baptismum commissa, & cum dolore ac detestatione debitâ legitimo Ministro manifestata per virtutem clavium seu absolutionis Sacramentalis delentur quoad reatum culpæ potissimum. Unde I. conformiter scripturæ Jo. 20. CC. Later. Flor. & Trid. sess. 7. can. 1. sess. 14. can. 1. datur Sacramentum pœnitentiæ, idque à Baptismo distinctum, ut patet ex Act. 8. 1. Cor. 5. Flor. Trid. sess. 14. can. 2. Ss. PP. à Christo Domino immediatè (per modum iudicii) institutum, non tantùm quoad partem suam formalem, sed quoad potestatem absolvendi à peccatis, sed etiam quoad partes materiales, quæ sunt dolor, confessio peccatorum, & satisfactio. Catholici cum Trid. sess. 7. can. 1. & sess. 14. cap. 1. & can. 1. 2. Primum Requisitum ex parte Ministri ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ est approbatio, seu iudicium & testimonium de idoneitate ad accipiendas confessiones ab Episcopo datum in ordine ad absolvendos à mortalibus sæculares, & ad absolvendas Moniales ita necessarium, ut ab

que ea nec licite, nec valide absolutio detur. Trid. sess. 23. c. 15. de ref. & Constit. Gregor. XV.

3. Alterum requisitum ex parte Ministri est *jurisdictio*, seu potestas in actu secundo data, quâ quis super alios constituitur tanquam subditos in ordine ad absolvendam, eaque vel *Ordinaria* est, vel *delegata*, Trid. sess. 14. c. 6. & 7. & quia jurisdictio non solet ab Ecclesia concedi illimitatè, sed cum exceptione certorum peccatorum, quæ Superior suæ absolutioni reservat, hæc dicuntur *casus reservati*, à quibus directè & per se absolvere non potest nisi reservans, vel ejus superior, aut quibus hi potestatem hanc delegant, aut quibus jus vel speciale privilegium eam indulget. Patet per se. Religiosi Mendicantes habent quidem facultatem à casibus Papalibus extra Bullam Cœnæ, non tamen à reservatis in Bulla Cœnæ, nec ab Episcopalibus absolvendi. *Urban. VIII. Constit. 17. Novembr. 1628.* Alex. VIII. damnans hanc propositionem 12. *Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtentâ ad id eorum facultate.* 5. Jure divino obligantur omnes Christi fideles post baptismum lapsi ad confessionem peccatorum mortalium. Trid. sess. 14. c. 5. non tamen statim, ut peccârunt. c. 12. h. t. Jure positivo singulis annis semel. Trid. sess. 14. c. 5. & can. 8. de sacram. Pœn. & c. 12. h. t. ubi & pœnæ in negligentes confessionem annuam statuuntur. Per confessionem scienter invalidam præcepto huic non satisfit. *Alex. VII. in damn. propos. 14.* nec per ignoranter invalidam. arg. *L.*

30. ff. de Testam. tut. Pichl. hic. n. 16. agit de sigillo confessionis, quod juxta omnes strictissime obligat ex ipsâ rei naturâ, &c.

Q. 3. Quid statutum sit specialiter in hoc Tit. de Pœnitentia, quatenus est satisfactio pro peccato. Resp. I. Pœnitentia sic considerata, si sacramentalis est, est opus bonum pœnale à Confessione impositum pœnitenti in pœnæ temporalis, ex peccato residuæ, compensationem, ut iustitiæ divinæ aliquo modo satisfiat. Trid. sess. 14. c. 1. Non sacramentalis illa est, quæ à pœnitente sponte suscipitur, vel à legitimo superiore extra Sacramentum imponitur. Sacramentalis proprie est hujus loci. 2. Pœnitentia dividitur in publicam, & privatam; publica in solennem & non solennem. 3. Quod Confessarius teneatur aliquam pœnitentiam injungere, eamque secundum circumstantias proportionatam, habetur Trid. sess. 14. c. 1. de Pœnit. 4. Pœnitentia occidentis Presbyterum dicitur c. 2. h. t. Medici non monentis agrum de confessione facienda, c. 13. h. t. de muliere, quæ prolem ex adulterio suscepit, aut patrem alienum incio marito sibi supposuit, dictum est de Tit. 16. hoc Libr. Q. 3. Resp. ad 1. x. ubi respicitur. & habetur c. 9. h. t.

Q. 4. Quid in secunda rubrica parte per Remissiones intelligatur? Resp. I. Duplex est Remissionis genus in Ecclesia, unum culpæ, quod maxime fit per absolutionem sacramentalem, alterum pœnæ, quod fit vel per impositionem satisfactionis in Sacramento pœnitentiæ, vel etiam illud

illud per *indulgentias*, quæ ita definiuntur: *Relaxatio pœna temporalis, pro peccatis actualibus remissis debitæ, per applicationem meritorum Christi & Sanctorum.* 2. S. Pontifex potest concedere indulgentias, easque vel *plenarias* vel *partiales*, vel *reales*, vel *locales*, vel *personales*, tam *pro vivis* per modum absolutionis, quàm *pro defunctis* per modum suffragii seu solutionis, potestate dispensandi thesaurum Ecclesiæ à Christo accepta *Matth. 16. Extrav. inter Com. h. t.* estque indulgentiarum usus in Ecclesia antiquissimus, ut constat ex *Extrav. 1. h. t. Trid. sess. 25. in Decret. de indulg.* ex traditione, praxi Ecclesiæ, CC. PP. ut ostendunt Bellarm. *L. 4. de pœnit. c. 3. Suar. D. 49. sect. 2. de Pœn. qui n. 3.* usum indulgentiarum ab ipsis Apostolis derivari colligit ex *2. Cor. 2. v. 10.* Quid Prælati Papæ inferiores in concedendis indulgentiis possint, attendi debent privilegium & consuetudo. Vid. Schmalzgr. *h. a n. 123.* 4. Ut indulgentiarum concessio, etiam à S. Pontifice facta, sit *valida*, requiritur iusta causa specialis; qualis est exaltatio Ecclesiæ, extirpatio hæresum &c. & non sufficit generalis illa, liberandi scil. animas à pœnis temporalibus, à sine indulgentiarum indistincta, *c. 14. h. t.* ratio quia Papa non est Dominus, sed dispensator tantum thesauri Ecclesiæ. Quid ad lucrandas indulgentias requiratur, vid. *La Croix tom. 6. n. 1301. Resp. 3. 5.* *Jubilæum* est species indulgentiæ plenariæ, quæ præter plénissimam pœnæ pro peccatis adhuc debitæ remissionem alias quoque gra-

tias continet, facultatem nim. eligendi Confessarium quemcunque approbatum ab Episcopo, dispensandi in votis, absolvendi à censuris, de hoc vid. Schmalzgr. *h. à. 140.* qui num. sepp. plures, eásque utiles quæstiones de Jubilæo refolvit.

TITULUS XXXIX.

De Sententia Excommunicationis, Suspensionis & Interdicti.

Q 1. *Quid ex quo duplex sit Censura in genere?*
Resp. ad 1. Censura, de quâ utpote pœnâ Medicinali post Vindicativas agitur, est *Pœna spiritualis & medicinalis, per quam homini baptizato & delinquenti per potestatem Ecclesiasticam auferitur usus quorundam bonorum spiritualium, quæ scil. sunt communia fidelibus, publica, & externa, arg. Matth. 18.*

Resp. ad 2. Censura essentialiter & adæquatè dividitur in 3. species, Excommunicationem, Suspensionem, & Interdictum, *c. 1. h. t. in d. 1. 20. de V. S.* Accidentaliter quælibet ex his 3. dividitur in Censuram *juris*, quæ per Ss, Canones, Constitutiones, & statuta Ecclesiastica infertur *& hominis*, quæ à judicè sive Prælato Ecclesiastico per modum mandati vel sententiæ judicialis fertur. Iterum Censura alia est *lata*, alia *ferenda sententia*. Exempla vide apud Busenbaum de *Censur. c. 1. dub. 2.*

Q. 2.

Q. 2. Quis & in quem ferre Censuram possit?

Resp. ad 1. Quod à Christo relicta sit potestas in Ecclesia, censuras ferendi, probatur ex *Matth. 18.* & fusè *La Croix h. à n. 2.* deinde omnis & solus ferre Censuram potest, qui habet jurisdictionem Ecclesiasticam in foro *externo*, vel ordinariam, uti Papa, Episcopus, Capitulum Sede vacante, Vicarius Generalis, Nuntius Apostolicus, Abbates habentes jurisdictionem quasi Episcopalem &c. vel qui habet jurisdictionem delegatam. Vid. *Schmalzgr. h. à n. 13.* Hæc tamen potestas laicis aut sæminis delegari non potest, quia incapaces sunt jurisdictionis Ecclesiasticæ & spiritualis. arg. *c. 10. de pœnit. & remiss. Pichl. h. n. 4.* tenet ex plenitudine potestatis Pontificiæ sæminis potestatem censurandi delegari posse.

Resp. ad 2. Censura ferri potest in solos homines *subditos. 1. Cor. 5. v. 12. c. 21. h. t.* In homines *viatores*, id est in vitâ præsentis existentes; quia mortui subtracti sunt jurisdictioni Ecclesiasticæ. In *contumaces*; quia censura est pœna medicinalis, ad frangendam hominum contumaciam ordinata. In *committentes peccatum externum*; quia potestas Ecclesiæ vindicativa ad interna se non extendit: *grave*; quia est pœna gravis: *consummatum.* arg. *c. 15. de R. I. in 6. Legi Ecclesiasticæ repugnans.* arg. *c. 23. de V. S. & c. 1. h. t. in 6.*

Q. 3. Quomodo ferenda Censura, & quæ ab ea incurrenda excusent? Resp. 1. Si ab homine per *sententiam particularem feratur*, præcedere debet:

bet.

bet regulariter monitio trina, vel una peremptoria, nisi necessitas aliud suaserit. *c. 48. h. t. c. 1. 9. 13. eod. in 6.* Deinde debet ferri in scripto, ipsaque sententia scripta esse debet. *c. 1. h. t. in 6.*

Resp. 2. Quidquid excusat à peccato mortali, excusat etiam à censura, v.g. materiae parvitas, metus gravis impellens ad agendum contra legem purè Ecclesiasticam, vel superioris sententiam, aliquid sub censurâ præcipientem vel prohibentem; ignorantia invincibilis tam juris, quam facti *c. 2. de Constit. in 6.* contra ac fieri dicit supra in irregularitate. Item appellatio legitima interposita, antequam ferretur censura. *c. 16. de appell. Imo & dubitatio, an actus sub censurâ sit prohibitus, si post diligens examen dubium non potuit deponi; ratio, quia dubius hoc casu manet in possessione juris, quod habet ad bona spiritualia. Demum si cui de innocentia tam in foro in- quam externo constet, & tamen censuretur, censura est nulla, & non timenda. c. 2. & 7. §. potest. t. in 6. idem est, si quis de culpâ, quæ non adhibetur, probatur tamen adesse, censuretur, censura nulla est; quia nititur præsumptione falsâ. Schmalzgr. h. n. 28.*

Q. 4. Quinam absolvere possint à censurâ
Resp. 1. Si censura lata sit à jure communi, vel ab homine per sententiam generalem, nec fuerit reservata, absolvere quilibet potest, qui facultatem habet pœnitentem à mortalibus absolventem. *c. 29. h. t. & est comm.* Si verò fuerit reservata prædicta censura, ordinariè & per se potest absolvere tantum

tum absolvere vel author legis, vel ejus successor, vel delegatus. *c. cit.* Si censura fuerit lata per sententiam particularem, etiamsi non sit specialiter reservata, solus qui tulit, absolvere potest, vel ejus pleno jure superior, successor, delegatus. Probationes & aliquas limitationes vide apud Pichl. *h. t. n. 14. circa med.* 2. In articulo mortis potest quilibet sacerdos à quavis censura absolvere, si tamen absolutus evaserit periculum, tenetur se legitimo superiori sistere, eique se submittere. *Trid. sess. 14. c. 7. de Sacr. Pœn. c. 21. h. t. in 6.* 3. Episcopus potest in foro conscientie absolvere ab omni censura occulta, etiam in Bulla Cœnæ reservatâ. Vid. *Trid. Sess. 24. c. 6. de ref. & AA.* à notoriis Papæ reservatis, si quis iudicio viri prudentis non possit ire Romam, ut si sit senex, infirmus, pauper, fœmina. 4. Varii Regulares, præsertim Mendicantes, possunt absolvere à plerisque Censuris Pontifici reservatis, exceptis iis, quæ in Bulla Cœnæ contentæ sunt. Cæterum Censuræ non tolluntur reg. nisi per absolutionem, ut constat ex damnata ab Alex. VII. propositione 44. Quæ tamen absolutio *ad sui valorem* certa verba non requirit: quia nulla certa forma in jure habetur &c.

Q. 5. *Quid sit Excommunicatio, & quotuplex?*
Resp. ad 1. Excommunicatio est censura, per quam homo Christianus à Communionem seu corpore fidelium excluditur, & bonis, quæ illi inter se communicant, privatur. *Anathema* essentialiter non differt ab excommunicatione, discrepat

pat

pat tamen accidentaliter, cum anathema strictè sumptum superaddat aliquam solennitatem & specialem execrationem, ut videre est in *can. 106. caus. 11. q. 3.* quò etiam facit. *c. 10. de judic.*

Resp. 2. Alia est Excommunicatio *Major*, alia *Minor* juxta *c. 59. h. t.* Excommunicationis nomen nomine simpliciter prolato major venit *tit.* Excommunicatio *Minor* est, quæ per solâ passivâ receptione Sacramentorum. *Major*, quæ privat activâ Sacramentorum administratione, passiva receptione, suffragiis Ecclesiæ, & fidelium communione, sive quæ privat omnibus Ecclesiæ bonis communibus. Ex irretitis Majori excommunicatione alii sunt *tolerati seu non vitandi*, alii *vitandi vel non tolerati*.

Q. 6. Quinam sint Excommunicati vitandi, & quomodo? Resp. 1. Post Conc. Constantiense & Bullam Martini V. *Ad evitanda.* hodie vitari tantùm debent notorius percussor Clericorum, & quivis nominatim excommunicatus, & specialiter ac publicè denunciatus; adeoque cum aliis excommunicatis licet, etiam extra casum necessitatis, communicare; probabiliter tamen id prohiberi tantùm in civilibus, & politicis, non in divinis extra causam gravem & necessitatem, ut Pichl. *h. n. 33.* ex Suarez *de Censur. d. 11. sect. 4. n. 11.*

Resp. 2. Casus, in quibus vitari debent excommunicati non tolerati, continentur in *can.*

17. *caus. 1. 1. q. 3.* solentque exprimi trito illo: *orare, vale, communicatio, mensa negatur*; ejus explanationem vide passim apud AA. qui consentiunt. prohibitum esse fidelibus sub peccato mortali communicare formaliter cum excommunicatis non toleratis, sive dein fiat communicatio illa in sacris & divinis, sive in civilibus & politicis, sive in forensibus negotiis & actionibus. Excusant tamen causæ expressæ seq. *Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.* per *Legem* intelligitur vinculum matrimoniale; per *humile*, subjectio filiorum; cætera patent.

Q. 7. *Quinam sint alii effectus excommunicationis majoris?* Resp. 1. Immediati effectus sunt seq. 1. privatio usûs Sacramentorum tam activi, quàm passivi, *c. 32. h. t. c. fin. de Cler. excomm. ministr.* tam respectu excommunicati tolerati; quàm non tolerati; quamvis valida sint Sacramenta, præter Sacramentum Pœnitentiæ. 2. Privatio communium Ecclesiæ suffragiorum, ex sacrificiis, indulgentiis, precibus publicis, ut saltem pro vitandis nomine Ecclesiæ extra feriam parasceves offerri non possint *c. 38. h. t.* 3. Privatio sepulturæ Ecclesiasticæ, *c. cit. & Clem. 1. de sepult.* quæ dispositio etiam ad excommunicatos toleratos extenditur. 4. Inhabilitas ad dignitates, beneficia, officia Ecclesiastica, ita ut, etiam si sit excommunicatus non vitandus, collatio, præsentatio &c. sit irrita, *c. 8. de Cler. excomm. ministr.* 5. Privatio distributionum pro præsentia, *arg. c. un. de Cler. non resid. in 6.* ratio, quia divinis

offi-

officiis interesse non potest. 6. Quod impetrare nequeat ullum rescriptum, præterquam in causa excommunicationis & appellationis. *c. 1. de rescript. in 6.* 7. Privatio omnis jurisdictionis Ecclesiasticæ, ut excommunicatus, saltem non toleratus, nec validè eligat, nec præsentet, nec leges ferat. *c. 24. de sent. & re jud.* 8. Privatio communionis forensis, ut nec in sæculari, nec in judicio Ecclesiastico possit esse iudex, Actor, Advocatus, testis, ille, qui excommunicatus est *non toleratus.* Reiffenst. *b. t. n. 71.* 9. Privatio cujusvis officii publici, quale est Tutoris, Curatoris; & privatio cujusvis communicationis politicæ, ita ut non possit excommunicatus cum aliis contrahere, negotiari, conversari, & si sit vitandus, nec alii fideles cum ipso, juxta dicta. 10. Si quis per annum inordinatus in excommunicatione, redditur de hæresi suspectus, ut contra eum procedi possit tanquam de hæresi suspectum. *Trid. Sess. 25. c. 3. de heret. in 6.* imo ut etiam condemnari possit tanquam hæreticus, si se recuset purgare. *c. 7. de heret. in 6. & ibi.* est effectus *mediatus* excommunicationis, sicut & irregularitas, quam incurrit excommunicatus Ordinis actum exercens. Porro quænam sint excommunicationes non reservatæ, quæ Pontifici extra, quæ in Bulla Cænæ reservatæ, vide apud Busenbaum *L. 7. de Cens. cap. 1. dub. 4.*

Q. 8. Quis sit effectus excommunicationis minoris? Resp. 1. Excommunicationis minoris præcipue

cipalis, directus, & unicus effectus est, quòd privet usu passivo Sacramentorum, ut adeòque sic excommunicatus licitè Sacramentum non recipiat, sed graviter peccet. *c. fin. de Cler. excom. ministr.*

2. Causa etiam unica hodie est, prædictam excommunicationem incurrendi, scil. communicatio illicita cum excommunicatis non toleratis. *c. 2. de except. c. 15. 29. 55. h. t.* 3. Absolvere ab ea potest quilibet potens absolvere à peccatis. *arg. c. 29. h. t.*

Q. 9. Quid de excommunicatione Can. si quis suadente. 29. caus. 17. q. 3. ob percussorem Clerici incurri solitâ dicendum? Resp. Videantur AA. passim de ea agentes: verba Can. cit. sunt seq. *si quis suadente diabolo hujus Sacrilegii reatum incurrerit, quòd in Clericum vel Monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo subjaceat, & nullus Episcoporum illum præsumat absolvere (nisi mortis urgente periculo) donec Apostolico conspectui præsentetur, & ejus mandatum suscipiat.*

Q. 10. Quid sit suspensio, & qua circa illam statuta? Resp. 1. Suspensio propriè sumpta est censura Ecclesiastica, quâ Clericus vel Minister Ecclesiæ privatur usu officii, vel beneficii Ecclesiastici, aut utriusque simul quâ talis, seu quatenus præcisè functiones Ecclesiasticæ sunt, provenientes & dependentes ob officio & beneficio, solùmque competunt Clericis. Patet hinc, quòd suspensio ab *excommunicatione & interdicto* differat, & quòd alia sit suspensio *Totalis absolutè*, alia *Totalis secundum quid*, alia *partialis*. 2. Suspensio Clericis

Liber V.

K solis

solis infligi potest; ut patet, non tamen singularibus tantum personis, sed integræ etiam Communitati, Capitulo, Collegio, *c. 40. de elect. in 6.* modò fuerit peccatum graviter, saltem ab aliquibus, non obstante *c. 2. de Constit. c. 2. de his, quæ fiunt à maj. part.* quia innocentes non privantur functionibus, quæ ipsis quæ singulis competunt. *Leur. h. t. Q. 570.* 3. Etiam Clerici soli infligere suspensionem possunt, isque tantum, qui in Clericum jurisdictionem habet fori externi & contentiosi. *Com. AA.* taliter tamen suspensus etiam alibi pro tali habendus est; quia sententia particularis afficit subditum etiam extra territorium. 4. Effectus suspensionis violatæ est, tam quòd peccatur reg. graviter, dum suspensus actum, à quo suspensus est, exercet, quàm quòd actum Ordinis exercens incurrat *irregularitatem; privationem beneficii*, si in ejus se administrationem ingerat; quòd ultimum habetur *c. 16. §. cæterum. de elect. in 6.* de aliis dictum ad tit. *de Cler. excom. ministr.* Imo suspensus non toleratus agit invalidè. *c. 3. de consuet. c. 16. de elect.* Illicite autem agit toleratus, si se ipsum ingerat, aut offerat, licite verò si à fidelibus requiratur. *cc. cit. & Bull. Martini V. Ad evitanda* secundum multos. 5. Suspendio propriè dicta tollitur *absolutione*, de qua vide *c. 29. h. t. c. 11. de Constit. Trid. Sess. 24. c. 6. de reform. Compend. privil. Societ. §. absolutio.*

Q. 11. Quid interdictum, & quid circa illud juris? Resp. I. Interdictum est censura Ecclesiastica, quæ omnium divinorum officiorum, ali-

quo

quorum Sacramentorum, scil. Ordinis, Extremæ
 Unctionis, Eucharistiæ extra casum Viatici, &
 matrimonii cum benedictione solenni; demum
 etiam sepulturæ Ecclesiasticæ participatio prohi-
 betur. *11. de sponsal. & c. 11. de penit.* Differt ab
excommunicatione, quòd paucioribus privet bo-
 nis, quàm *excommunicatio*, iisque tantum sa-
 cris, non politicis: à *suspensione*, quòd interdi-
 ctum se latius extendat, quàm *suspensio*, cum &
 sepulturâ Ecclesiasticâ privet, & Laicos afficiat;
ab utraque, quòd formaliter & directè privet re-
 bus sacris, sive quatenus sunt res sacræ ad Dei
 cultum pertinentes, cum *excommunicatio* privet
 rebus sacris, quatenus prohibet communionem
 cum fidelibus, *suspensio*, quatenus Clericos pri-
 vat usu suæ potestatis Ecclesiasticæ. 2. Aliud in-
 terdictum est *locale*, quod directè fertur in lo-
 cum, ne in eo legantur vel audiantur missæ &c.
 adeoque personæ alibi possunt interesse divinis &c.
 aliud *personale*, quòd directè personas; aliud
mixtum, quod & personas & locum directè ac
 immediatè afficit. *Locale* dividitur in *generale*,
 quod in totum regnum, provinciam, communi-
 tatem; & in *particulare*, quod in unam determi-
 natam Ecclesiam vel personam fertur. 3. Non
 tantum loca & personæ singulares, juxta *c. 11.*
de sponsal. & tot. hoc tit. sed integræ etiam commu-
 nitates quâ tales interdicto possunt subjici, adeò
 ut suo modo etiam innocentes afficiantur *c. 17.*
b. t. in 6. Interdicto tamen generaliter Clero non
 censetur interdictus populus, nec contra. *c. 16.*

K 2

eod.

cod. in 6. nec sub interdictio generali Cleri conprehenditur Episcopus. c. 4. h. t. in 6. nec Religiosi; quia in odiosis nomine Clericorum non veniunt. Nec sub interdictio generali populi conprehenduntur peregrini, exteri, uti sunt mercatores & studiosi, etiam diu in tali loco commorantes. 4. Interdicta civitate, etiam suburbia, & loca continentia, non contingua tantum; interdicta Ecclesia, Sacellum ejus & cæmeterium continguum tantum interdictum censetur. c. 17. h. t. in 6. vide etiam c. un. de Consecr. Eccles. in 6. Ad interdictum locale; sive sit generale, sive particulare tenentur omnes, incolæ, extranei, Regulares, seculares, non exempti, & exempti. c. 4. & 11. de privileg. in 6. qui causam interdictio dederunt, nec in loco interdictio, nec alibi divinis interesse possunt, arg. c. 16. h. t. in 6. 5. De bonis, quibus privat interdictum, dicebatur in definitione, & videri latius potest Leur. h. t. Q. 576. & Q. 577. ubi ait, esse obligationem gravem, servandi interdictum; & personas Ecclesiasticas, seculares, & ac Regulares interdictum violantes incurrere irregularitatem. c. 18. & 20. h. t. in 6. suspensionem ab officio, beneficio, & jurisdictione. c. 11. de excess. Pralat. privari jure electionis active & passive c. 18. h. t. in 6. perdere privilegium alibi jure competens c. 11. de pæn. & remiss. vi. tempore interdicti sepeliri possunt in loco sacro Religiosos etiam exemptos, si non observent interdictum generale locale, præter supradictas personas incurrere excommunicationem. Clem. 1. de

Vid. etiam Trid. Sess. 21. c. 12. de Regular. De-
 mum ait, Laicis interdictum violantibus pœnas
 certas statutas non esse, tamen peccare graviter,
 & excommunicationem Pontifici reservatam in-
 currere. *Clem. gravi. h. t. Reiffenst. h. n. 225.*

Q. 12. Quid de Cessatione à divinis dicendum?

Resp. 1. Cessatio à divinis definitur, quòd sit
 prohibitio Ecclesiastica Clericis imposita, absti-
 nendi ad mensem ab officiis divinis & Sacramen-
 torum quorundam administratione in aliquo loco
 ob grave delictum, in contestationem mœroris.
AA. in c. 11. de sponsal. & c. 8. de off. Ordinar. in
6. Clem. 1. princ. & in cessationibus. h. t. 2. Cessa-
 tio hæc censura non est, consequenter differt ab
 omni censura, & speciatim ab interdicto, quòd
 & ad significandam Ecclesiæ tristitiam, & sem-
 per ab homine, in locum immediatè, mediatè
 tantùm in personas feratur &c. 3. Privilegium
 in loco interdicto celebrandi clausis januis, sub-
 missa voce, campanis non pulsatis concessum in
c. alma h. t. in 6. extendi non debet ad cessatio-
 nem in divinis. Ratio præter alias est, quia ces-
 satio à divinis sub interdicto non comprehendit-
 tur. 4. Indicare illam potest is tantùm, qui ha-
 bet jurisdictionem in foro externo, uti de cen-
 suris dictum. 5. Eodem modo & cessationem
 relaxare potest, qui illam imposuit, vel ejus su-
 perior, vel qui ab imponente potestatem accepit;
 potestque fieri relaxatio vel expressè, vel tacitè.
c. 8. in fin. de off. Ord. in 6.

TITULUS XL.

De Verborum Significatione,

Quoniam. *Quanam sint regulae de interpretanda Verborum Significatione?* Resp. 1. Verba debent sumi secundum mentem proferentis. *c. 6. h. t. L. 69. ff. de Legat. 3.* & nisi aliud de eius mente constet, verba debent sumi in sensu proprio, etiamsi materia sit odiosa. *L. 69. cit. 1. 2. de transl. Ep. c. 12. de decim.* saltem regulatur ob *L. 69. cit. & c. 6. h. t.* 2. Verba generalia extendi debent ad omnia sub genere contenta. *L. 1. ff. de legat. praest.* nisi specialis adfit cautio restringendi, uti in *L. 47. §. 1. ff. de pass. L. 1. C. de Ss. Eccles. c. 15. de rescript. c. 4. & §. de Procur. in 6.* Verba specialia plus, quam generalia operantur. *L. 8. ff. & c. 34. in 6. de R. I.* 3. Verba dubia interpretanda sunt ad mentem loquentis aliunde cognitam. *c. 6. h. t. & L. 69. cit.* cum effectu tamen, ut aliquid operentur. *c. 4. de Cler. non resid. L. 1. §. 1. ff. quod quisque su. L. 80. ff. de V. O.* secundum materiam & naturam actus aut contractus, de quo agitur. *c. 25. de p. rejur.* in eam partem, quae excludit delictum, & in bonam & malam possint accipi. *c. 2. de R. I. L. 31. ff. pro Socio.* contra proferentem, obiter fortè loquentem. *L. 172. ff. & c. 57. in 6. de R. I.* ut non derogent juri alterius quatenus *can. 10. caus. 14. q. 5. c. 15. de off. deleg. L. 4. C. de emanc. liber. &c. &c.*

TITU

TITULUS LXI. & ultimus.

De Regulis Juris.

Un. Quæ summa sit postremi hujus tituli?
 Resp. 1. Sicut in Digestis ad calcem Libri
 L. Regulæ 211. enumerantur, quæ velut axiomata
 & propositiones generales deserviunt ad cau-
 sas ritè & breviter decidendas juxta L. 1. ff. h. t.
 Ita ad finem Libri V. Decretal. 3. regulæ 11. in
 sexto autem omnino 88. expressæ leguntur. 2.
 Aliæ sunt Regulæ *Authenticæ*, quæ auctoritate
 Apostolicâ Juri Canonico, vel auctoritate Im-
 peratoriâ Juri Civili, præsertim sub hac rubri-
 ca sunt insertæ. Aliæ *Doctrinales* sive *Brocardi-
 cæ*, quæ nec à LLre approbatae, nec in Corpo-
 re juris sunt positæ, sed vel à Ictis, vel aliis DD.
 ex textibus Juris aut etiam Philosophorum de-
 promptæ sunt. Hæ licet contemnendæ non sint,
 cautè tamen allegari debent, utpote vim proban-
 di non habentes, nisi fulciantur Legis auxilio aut
 usu Curiarum. 3. *Authenticæ* natae sunt ex re-
 flexione ad ea, quæ particulariter circa personas,
 res, actiones erant in Jure constituta, v.g. Re-
 gula 68. in 6. *potest quis per alium, quod potest fa-
 cere per se ipsum*, ortum suum debet c. fin. de Procur.
 in 6. ubi, quod per alium quis possit contrahe-
 re matrimonium. & c. 1. de off. Ordin. in 6. ubi
 quod liceat per alium exercere jurisdictionem
 ordinariam. Itaque jus quidem novum hæ re-
 gulæ non constituunt, sed supponunt, magnæ

tamen sunt utilitatis; nam 4. Habens pro se regulam authenticam non tantum liberatur ab onere probandi. arg. c. 2. de restit. spol. in 6. sed etiam pro ipso est pronuntiandum, nisi aliter versarius doceat, id, de quo controversia est sub tali Regula non comprehendi. L. 5. ff. de probat. §. Dari autem exceptiones à Regula juris, etiam generalibus & communibus, in pote quæ non sunt generales in sensu absolute, sed accommodo, probat tum tritum illud: *regula sine exceptione, & exceptio vicissim firmat regulam.* tum communis sensus AA. Qui specialia de Regularum Juris expositione desiderat, adeat Dylum, Petrum Peckium, Henric. Cernisium in *Summ. Juris Can.* Aug. Barbofam in *Collect. Liber 6. Decretal.*

P. Wiestner.

O. A. M. D. G. D. V. H.

F I N I S.

